



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De grauitate et enormitate peccati, habet articulos viginti duos.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)



# AD. DIONYSII

CARTHUSIENSIS, DE GRAVITA-  
te & enormitate peccati, vtilissimum at-  
que conspicuum plane opusculum.

## PROOEMIUM AVTO.

**D**EVS SOLVS EST: ET  
cogitatione eius nemo auertere po- *Iob. 25*  
test. Idcirco a facie eius turbat<sup>9</sup> sum  
et considerans eum timore sollicitor.  
Quanto quis diuinæ æquitatis rigo-  
rem, ac propriæ conuersationis pec-  
cata diligentius, clariusq; perpenderit: tanto vti *Hebre. 10.*  
que formidolosior erit: non ignorans q̄ horrendū  
sit incidere in manus dei viuētis, qui per Moſen *Deuter. 32*  
ait, Non est qui de manu mea possit eruere. Vn- *Iob. 23*  
de cogitationem eius nemo auertere potest: quo-  
niam quicquid in seipſo ab æterno disposuit, fie-  
riq; decreuit, nullus poterit impedire: prout ipſe  
met deus gloriosus & sanctus per prophetam te  
statut, Consilium meum stabit, & omnis volun- *Eſai. 46.*  
tas mea fiet. Et rursus, Quis similis mei, & quis *ſtere. 49*  
ſuſtinebit me: & q̄s est iste paſtor, qui reſiſtat vul-  
tui meo? Ecce deus magnus, deus excelsus in for- *Iob. 36*  
titudine ſua, et nullus ei ſimilis in legislatoribus.  
Quis poterit ſcrutari vias eius: aut quis ei dicere  
potest,



DIONYSIVS CARTHVS.

potest, operatus es iniquitatem. Hinc itaq; inflexibilis dicitur deus: non quod placari non possit, vel eius providentia rebus necessitatem imponat: sed quoniam inuariabilis, infallibilis, atque certissima est dispositio & præcognitio eius: nec per comparationem ad diuinæ mentis æternalem ac providentialem intuitum quicquam casuale est siue fortuitum. Quo igitur diuinorum iudiciorum incomprehensibilem & inperscrutabilem altitudinem, nostræ quoq; conditionis inexplicabilem fragilitatem ac defectibilitatem, imo & nostræ saluationis incertitudinem sagacius contemplati fuerimus: eo merito humiliores cautioresq; erimus, magisque custodite ac timorate coram deo altissimo incedemus. Ecce enim in medio uniuersi (videlicet in terra hac inter regnum cœleste, & chaos tartareum) positi sumus: & tamen post vitam hanc momentaneam, an ad regnum cœlorum ascendemus, an in lacum inferi descendemus, penitus ignoramus. Quippe q; hoc quoque prorsus nescimus, an odio an amore digni sumus: quum tñ certissime cognoscamus qd vel ad felicitatem æternam cœlorum, vel ad tormenta perpetua infernorum tandē deducemur. O si cordis nostri palatū hoc ipsum vt dignum est saperet: puto q; nunquam ad inanem resolutionem lætitiæ: non ridere, non iocari, non ludere vsquam placeret: sed flere ac poenitere: ita vt cum beato Iob veraciter fateremur. Semp; quasi tumentes super me fluctus timui deum. Præin ducta nempe profunde contemplans Psalmista: Venite, inquit, & videte opera dei: terribilis in consilijs super filios hominum. Paul. quoq; apostolus, O altitudo, ait, diuitiarum sapientiæ et scientiæ

Iob. 31.

Psal. 65.

Rom. 11.



DE ENORMITATE PECCATI. *P. 121*

entia dei: quoniam incomprehensibilia sunt iudicia eius,  
& inuestigabiles viae eius. Ipse est dominus rex  
ille omnipotens, in cuius ditione cuncta sunt po-  
sita, qui solus est: ita ut esse eius tam infinite omnia  
esse creato praemisineat: ut respectu ipsius alia  
vniuersa quasi non esse videantur. Praeterea quum  
in tanto simus constituti periculo, quid nobis a-  
gendum relinquatur, quid remedij exhibetur: nisi  
ut ea per quae deus tam metuendus offenditur,  
tanquam infiniibilis damnationis poena infligitur,  
(puta peccata) vigilatissimo animo euitemus,  
quemadmodum nos monet scriptura, dicens:  
Quasi a facie colubri fuge peccata. Nulla namque  
nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.  
Denique ut peccata deinceps cautius declina-  
mus: primo de enormitate & nocuentis pecca-  
ti deo agente intendo conscribere pro anime tuae  
excitatione ac inflammatione charorum charis-  
sime mi frater optimae indolis adolescens: quate-  
nus peccati foeditate ac vilitate perspicaciter in-  
tellectis: tanta cum diligentia demum fugias vitia:  
ut taliter merearis a creatore tuo praue-  
niri, ac adornari muneribus gratiae: qualiter ab eode  
praue-  
nus & decoratus es donis naturae.

*Ecclesi, 11.*

*Gregori.*

Quod sola peccata constituunt rationalem  
creaturam deo displicentem aspernabilem  
atque odibilem.

Artic. I.



Vemadmodum nihil desiderabili-  
us est, quam deo placere, atque ab eo a-  
mari, reputari, seu honorari: sic dete-  
stabilius terribilius itemque deterius  
nihil, quam ei displicere, ab ipso despici:  
ac odiri. Porro sicut virtutes et actus

*carum*



DIONYSIVS CARTH.

earz faciunt nos deo uero placentes, honorabiles  
& dilectos: sic habitus vitiosi & peccata reddunt  
nos deo displicentes, cōtempribiles, odiosos. Ipse  
etenim vniuersitatis creator omnipotens quāuis  
diligat cuncta q̄tum ad id quod habent ab ipso,  
videlicet quo ad eorum essentiam, quam ince-  
sante conseruat in esse, iuxta id Sapien. Dilige  
domine omnia quæ sunt: & nihil odisti eorū: quæ  
fecisti: nihilominus rationales creaturas non nul-  
las odit, quantum ad id quod habent & sunt ex  
propria voluntate. s. quo ad iniquitatem & cul-  
pam ipsorū, quem admodum ait scriptura: Odisti  
sunt deo impius & impietas eius. Item: Odisti om-  
nes qui operantur iniquitatem: perdes omnes  
qui loquuntur mendacium. Quod autem despicit  
eos, testatur qui ait, Spreuisti omnes disceden-  
tes a iusticijs tuis, quia iniusta cogitatio eorum.  
Et rursus, Qui habitat in cœlis iridebit eos, et de-  
minus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in  
ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Hoc  
quidē æquissimo dei cōtingit iudicio, vt qui de-  
superexaltatum ac superdignissimum inhono-  
rant atque contemnunt, propriam voluntatem  
preferentes diuine, despiciantur ac deprimantur  
ab ipso, prout ipsemet protestatur. Quicumq; in-  
quies. glorificauerit me, glorificabo eum: qui au-  
tem contemnunt me, erunt ignobiles. Tales sunt  
oēs impij et peruersi, qui verbum dei audire non  
curant, vel auditum adimplere omittunt. De ge-  
bus æterna & increata dicit sapientia, Quia vo-  
caui, & renuistis: despexistis omne consilium me-  
um, & increpationes meas neglexistis: ego que-  
rebo in interitu vestro ridebo, et subsannabo cum  
vobis quod timebatis euenerit, Ecce mi prædixi  
c̄te h



DE ENORMITATE PECCA. Fo. 79

Est his verbis reprobatur illorū infania, qui tardant conuerti, atque in fine vitæ articulo mortis iam ingruente, pœnitere ac confiteri proponūt: non aduerentes quam horribiliter deus æternus iudex altissimus comminetur & asserat se tales tempore mortis subsannaturum ac irrisurum. Psal. 2.  
Denique sicut sanctus Iob ait, In diem perditionis seruantur mali, et ad diem ultionis ducentur, & de furore omnipotentis bibent. Si itaque cupis deo placere, si vereris ab ipso contemni odioque haberi: declina a malo, fuge peccatum, vitia detestare, indefinenter formida summo iudici displicere, qui potestatem habet & corpus & animam mittere in gehennam. Iob. 21. Considera quantum & quomodo filij huius seculi principumque ministri dominis suis placere nituntur: quomodo despici metuunt, quanta agunt vt laudem sortiantur volatilem ac humanam. Vnde si inter filios dei computari v̄ aciter cupis: erubescere minuar conari ad complacendū deo & ad honorandum ac diligendum ab ipso, quā illi pro humano student fauore. Postremo sicut ex naturaliter tibi indita probitate humanitate atque facetia decenter & morigerate te habes coram hominibus foris: sic multo amplius coram deo reuerenter ac ordinate te habe intrinsecus, imo intus & foris. Mat. 18.  
Si autem alicui viro honesto loquuturus reuerenter accedis, caput nudas, & verba tua vigilanter attendis: deum vero alloquuturus orādo, psallendo, horas canonicas persoluendo sine reuerentia accedis, & inchoas, sine attentione pronuncias: nonne nimium vilipendis ac negligis deum, homineque mortali ac peccatore inferiorem efficis eum? Absit a te tanta improbitas, tanta iniquitas,  
**L** quitas,



Ecclesi. 12.

Ecces. 7

Quitas, tanta perversitas. Hinc igitur ante orationem & laudem diuinam ad deuotionem te prepara: corpus quoque & animam deo sublimi ac superfelici humilia: exteriores etiam sensus, maxime visum, tempore diuinorum precipue frenas (in choro potissimum) sicque coram alijs exemplarem te exhibe cum intima humilitate absque omni penitus varietate, ad gloriam dei, ædificationemque proximi. Præterea si quis scisciterur, cur peccata faciunt creaturam rationalem deo tantum displicentem, despectam, odibilem, dicendum est ideo: quoniam sicut similitudo ponitur causa amoris & ratio vnionis: sic dissimilitudo afferit odij, auersionis, separationisque causa. Vnum quodque autem creatum quantum de entitate tantum de bonitate atque diuina similitudine habet. Quum ergo peccatum, quo ad suum formale, sit nihil & prorsus ruina ac defectus ab eodem (puta auersio mentis creatæ a vero bono, & actionis deformitas) innotescit quod nullam cum deo similitudinem sortiatur, sed dissimilitudinem maximam. Idcirco mentem creatam facit deo odibilem, displicentem, despectam: et tanto quidem amplius, quo magis peccauerit.

Quod tota moralis sacræ scripturæ doctrina ad peccati deuitationem quodammodo ordinatur. Art. I L.

1. Ioha. 1

Esa. 27.



In prima sua epist. ait Iohan. ap. l. Hæc scribo vobis, vt non peccetis. Esaias quoque dicit, Iste est omnis factus, vt auferatur peccatum. Itaque constat quod puritas seu immunitas a peccato sit omnium documentorum scripturæ quodammodo finis. Porro in scriptura diuina com-  
memoratur



memorantur supplicia impijs infligēda, gaudia quoque iustis parata: ut tam suppliciorum terrore, quam gaudiorum amore inducamur ad fugam odiumque peccati. Insuper duæ ponuntur quasi partes integrales iusticiæ, scilicet a peccato recessus, & ad virtutem actualis accessus, seu operariius ingressus. Vnde ait Psalm. tricesimo sexto, Declina a malo, & fac bonum. Primo equidem necesse est fugere vitia, deinde opera exercere virtutum. Verum hæc duo se inuicem frequenter includunt. Duplicia namque sunt diuinæ legis præcepta, utpote affirmatiua & negatiua. Affirmatiua autem obligant semper, sed non ad semper: sicut quum dicitur Deuterono. sexto, Vnum cole deum, parentes honora. Ad hæc enim semper tenemur: non autem tenemur hæc pro omni tempore actualiter adimplere. Negatiua vero præcepta obligant semper, & ad semper: ut cum dicitur Exo. vigesi. Non occides, non furaberis. Hæc enim præcepta iubent non facere malum, sed declinare ac fugere a peccato. Ad quod omni tempore obligamur. Quoniam itaque per præcepta negatiua præcipimur peccata vitare: peccatum autem vniuersaliter vitare nequimus, nisi etiam debito tempore bene agamus, quemadmodum per præcepta affirmatiua iubemur: idcirco in præceptis vitandi peccata includit iustitia bene agendi. Ad quæ quidem duo tendit tota sacra scripturæ doctrina. Absolute tamen loquendo, beatifica visio dei in patria est finis vitandi peccata operandique bona. Præterea quoniam proni sumus ad mala, pauperes ac fragiles vehementer, imo & tardi ad bona defectuosique nimis, iuxta illud Gen. viij. Sensus & cogi-

Deute. 6. 7.



**Gene. 3** ratio cordis humani proni sunt ad malum ab a-  
dolescentia sua: hinc quotidiana frequēti ac mu-  
tua exhortatione ad vitandum peccata nō me-  
diocriter indigemus, ne per subreptionem, obli-  
uionem, inaduertentiam, aut alio modo incida-  
mus peccatum. Propter quod ad Hebræ, terro-  
scribit apostolus, Adhortamini vosmetipsos per  
singulos dies, vt nō obduretur quis ex vobis fal-  
lacia peccati. Hæc quoque exhortatio imperfe-  
ctis ac incipientibus oppido necessaria est: & ta-  
nto cuique amplius opportuna, quanto plures ha-  
bet occasiones peccandi. Vnde & tibi amantissi-  
mo meo q̄ maxime eam reor necessariam, quia  
in medio secularium conuersaris. Inter quos tibi  
innumerabiles vitiorum occasiones occurrūt ac  
laquei. In quibus solus deus te a peccatis potest  
est perferuare.

Quod grauitas enormitasque peccati potest  
satur ex sex, in generali loquendo.

Art. III.



**V**A M detestanda, enormia, foeda  
ac vilia sint peccata, p̄sertim mor-  
talia, ex sex rite perpenditur. Primo  
& maxime, ex parte dei, qui pecca-  
to inhonoratur atq; offenditur. Cu-  
ius q̄to sublimior est maiestas ma-

iorque sanctitas, tanto enormius est in eum pec-  
care, ei non obedire, ipsum inhonorare. Ideo p̄-  
mista loquitur deo, Maledicti q̄ declināt a man-  
datis tuis. Et denuo, Qui elongant se a re, peri-  
bunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs re.  
Porro quum deus æternus ac adorandus sit omni-  
no immensæ maiestatis, infinitæ sanctitatis, ege-  
tatis ob-

**Psal. iis.**

**Psal. 72**



DE ENORMITATE PECCA. Fo. 74

patris & perfectionis: peccatum omne, in quantum  
contra ipsum & eius præceptum committitur, infi-  
nitā quodammodo enormitatem gravitatemque  
contrahit. Vnde dominus loquitur impijs, Væ Osee. 7.  
eis, quoniam recesserunt a me: vastabuntur, quia  
prævaricati sunt in me. Apud Hieremiam quo-  
que secund. ait scriptura, Scito & vide quoniam  
malum & amarum est, te reliquisse dominum  
deum tuum, & non esse timorem eius apud te.  
Nempe quum deus sit fons totius salutis, omni-  
que nobilitatis ac suavitatis origo causalis: con-  
stat quod mens creata ab ipso, auersa, vera bea-  
titudine spoliatur, spiritali gratuita nobilitate pri-  
uetur, & omni sincera dulcedine denudetur. Id-  
circo misera fit, ignobilis, & amara, & pauper-  
rima reuera efficitur: utpote omni spiritalium gra-  
tiarum opulentia destituta. Hinc dicitur pecca-  
tori impoenitenti, Nescis quia tu es miser & mise Apo. 1. 1.  
rabilis, pauper, cæcus, & nudus. Secundo idē  
perpenditur ex qualitate peccatis. Qui quidem  
quanto plus obligatur ad æquitatem, & quan-  
to plura beneficia a deo sortitus est, vel quāto do-  
ctior & ad bene agendum potentior fuerit: tan-  
to enormiora redduntur eius peccata. Tertio,  
ex parte materiæ circa quam versatur peccatū.  
Sicut grauius est furari calicem quā catinum, quā-  
uis preciosiorem: grauiusque est peccare in per-  
sonam hominis, quam in eius substantiam: gra-  
uissima autem sunt peccata in deum directe cō-  
missa: sicut blasphemia, infidelitas, desperatio.  
Quarto, ex parte finis quem peccans inten-  
dit. Quo enim peccantis finalis intentio deterior  
fuerit, eo grauius est peccatū. Quinto, ex par-  
te circumstantiarum, videlicet loci ac temporis.



## DIONYSIVS CARTHVS.

Sexto ex ipsa peccati deformitate secundū se,  
& ex propria ratione. Quæ tãto est maior ac tur-  
pior, quanto virtus peccato opposita dignior est  
& pulchrior. Vnde sicut amor dei est virtus altis-  
sima: sic odium dei maximum vitium est. Itaq;  
ex omni parte multiplicatur, et crescit peccati vi-  
litas, foeditas, atq; enormitas. Ideo S. Gregorius  
ait. Si sciremus qualiter per vnumquodq; pecca-  
tum vulneratur & foetet anima, vsque ad mor-  
tem resisteremus peccato. Et idem, Tolerabilis,  
inquit, foetet canis putridus homini: quam pecca-  
trix anima deo. Eia ergo charissime si corã san-  
cto ac præstantissimo deo viles, foedi, detestabi-  
les, atque ignobiles esse & apparere veremur ac  
nolumus, si vultum creatoris nostri a nobis auer-  
si horremus: cum omni sollicitudine & puro affe-  
ctu vitemus peccata. Quoniã vtiq; nulla mon-  
strositas, nulla læsio, nulla macula potest in tan-  
tum corpus humanum deturpare, inficere, deor-  
dinare, vel coram hominum corporeo visu tam  
detestabile ac deforme ostendere: quantum quo-  
cunque peccato mortali anima rationalis defor-  
matur, vilificatur, inficitur, coramq; oculis men-  
tis diuinæ & angelorum sanctorum turpis ac de-  
testabilis exhibetur. Nam & diabolo similis red-  
ditur atque a fonte lucis auersa, tenebris peruet-  
sitatis impletur.

Quid sit peccatum.

Art. IIII.



Este S. Ambrosio, peccatum est præ-  
uaricatio legis diuinæ, & cœlestium  
inobedientia mandatorum. Porro  
secundum Augustinum, peccatum  
est spreto incommutabili bono, re-  
bus mu-



DE ENORMITATE PECC. Fo. 76.

bus mutabilibus adherere. Et iterum: Peccatum, inquit, est voluntas retinendi vel consequendi quod verat iusticia. Ita que peccatum est diuini præcepti trāsgressio: vtpote id quod deus prohibet agere, vel quod iubet omittere. Vnde contra diuinam legem cogitare, desiderare, loqui, aut operari, peccatum est. Duo autem considerantur in peccato. Vnum quasi formale: videlicet auersio mentis a summo & incōmutabili bono. Et hoc est in peccato principale, aliud quasi materiale: puta conuersio mentis ad bonū creatum, variabile, & caducū. Hinc duo mala correspondent peccato. Nam quo ad formale eius, correspondet ei pœna damni: quæ est diuinæ visionis carentia ac summa miseria. Sed q̄ ad materiale peccatum, correspondet ei pœna sensus: videlicet sensibilis pœna inferni: quæ est punitio ignis æterni. Præterea secundum diuinum Dionysium, peccatum est recessus ab ordine, id est, a conuenienti ac debita habitudine, qua mens creata suo creatori adherere debet ac subijci. Id nanque rectus exigit ordo, vt interius suo superiori subdatur: vt effectus ad suam causam conuertatur: vt creatura intellectualis suo creatori vt beatificanti principio innitatur. Hoc totum peccato subuertitur. Quia per ipsum mens creata suo conditori rebellis est, eiq̄ quasi dorsum in faciem vertit, nec eius auxilio est innitens, sed in viribus suis confidens. Insuper peccatum est propriam voluntatem præferre diuinæ, et propriam libertatem iuxta diuinæ legis tenorem non refræ-nare. Vñ in omni peccato mortali peccans constituit sibi finem in bono creato, caduco, cui inordinate afficitur, & vitiose adheret: vtpote



DIONISIUS CART.

plus quam deo: quia contra voluntatem & legem  
 ipsius. Hoc vero directe repugnat charitati christi-  
 anæ qua deum super omnia diligere, eique confide-  
 mari, affici, & inhærere debemus. Itemque ratio-  
 nis, qua diuinis præceptis præ omnibus obedire  
 tenemur. Ea propter secundum doctores quicquid  
 directe repugnat charitati quæ deus proximo  
 diligitur siue iusticiæ: est ex suo genere peccatum  
 mortale. Denique deo & ecclesiæ rectæque rationi  
 pariformiter est parendum. Qui ergo præcepta  
 ecclesiæ non custodit aut rectæ rationi non acquiescit  
 in iussis ac debitis: mortaliter peccat, videlicet  
 qui diuina præcepta non seruat. Itaque peccatum  
 est diuinæ bonitatis contemptus, diuinæ maiestatis  
 iniuria, diuinæ sanctitatis offensio, contra di-  
 uinam voluntatem rebellio, diuinæ sapientiæ  
 relictio, diuinorum beneficiorum ingratitude, per-  
 uersæ ac propriæ uoluntatis impletio, rationis  
 ductio, infectio animæ, vulneratio uirium eius,  
 turpitudinis mentis, perceptio gratiæ, ablatio cha-  
 ritatis infusæ, laqueus mortis, uia damnationis,  
 porta inferni, rete diaboli, imitatio demonum,  
 detestatio angelorum, pessima fera, crudelissima  
 bestia, summa malitia, prauitas pura, deformatio  
 maxima, monstruositas quoque turpissima,  
 atque æternæ illius felicitatis amissio deploranda.  
 Postremo peccatum est, id quod maxime displicet  
 deo, quod summe placet diabolo, quod potissimum  
 nocet cordi humano. Ecce uides quam prædilectæ  
 quam odiendum atque uitandum sit peccatum, imo  
 plus quam aliquis nostrum comprehendere ualeat,  
 aut eloqui odiendum est, & iugiter fugiendum.  
 Incessabiliter ergo ac fortiter ualde armemus nos  
 & dimicemus contra hoc malum



hoc malum, contra tam pessimum hostem, contra tam mortiferam læsionem. Porro arma nostra sunt ipsę virtutes: & dimicatio nostra sunt actus virtutum, præsertim dei laudatio atq; oratio: quemadmodum scriptum est, Laudans inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero. Psalm. 17.  
Item diligens cordis custodia, & diuinam præsentiam considerare, seipsum in omnibus humiliare, in deo tota mente sperare, deum semper timere.

De enormitate peccati ex parte bonitatis diuinę, cui peccator peccando præfert bonum caducum atq; mutabile.

Art. V.



Sicut quarto de diuinis nominibus capitulo egregius ille theologorū princeps diuus Dionysius edocet, dei natura est bonitas, haud dubium quin pura, perfecta & infinita. Porro natura entis non potest in ipso esse minorata, sicut in summa contra gentiles Thomas eleganter deducit: idcirco quicquid ad bonitatis plenitudinem, desiderabilitatem, excellentiam pertinet: id diuinę & increatę bonitati cum infinita perfectione atq; immensa & superpræstantissima elegantia competit. Vnde deus superuoluptuosissimus & æternus est, summum superexaltatum & incomparabile bonum, in quo est vniuersorum bonorum, omniumq; pulchrorum ac desiderabiliū incircumscriptibilis plenitudo, incomprehensibilis & superessentialis perfectio: a cuius bonitate, amabilitate, ac desiderabilitate in infinitum prorsus deficiunt omnium rerum creaturarum bonitates, diligibilitates, & appetibiles

L V litates



DIONYS. CARTH.

litates. Quum itaq; talis & tanta sit bonitas dei,  
 nonne irrationabilissimū, atq; insanissimē pro-  
 fus est stultitiæ aliquam bonitatem seu rem crea-  
 tam, variabilem, & caducam, ei præferre, hæc  
 plus amando, querendo, optando, honorando,  
 ue colendo: q̄ illam quæ est omnis boni idea ex-  
 emplar & ratio? Sed, ut dictū est, in peccato mor-  
 tali bonum creatum, mutabile, dependens & in-  
 digens, bono diuino, immenso, indepēdenti, sim-  
 pliciterque perfectō præfertur per inhaesionem fi-  
 nalem & ampliorem affectionem fortioresq;  
 conuersionem mentis, ad hoc bonum creatum.  
 Itaq; ex hac pte peccati enormitas magna pro-  
 fecto est & pene ineffabilis: & ipse peccator in-  
 explicabilem inhonorationem atq; iniuriam in-  
 fert super bono, super amabili, & super appetibili  
 deo: cuius bonitatem in tātum paruipendit, sper-  
 nit, et abiicit, vt præferat ei bona ista terrena, ca-  
 duca, mundana, vanissima. Iam nunc profunde  
 ac sapiēter considera ista mi prædilectissime fra-  
 ter, & respice quam vanæ, peruersæ scedæ, viles  
 atque stultissimæ sint mentes eorum, qui vitijs glu-  
 læ & luxuriæ vacant. Quoniam alimenta ista  
 carnalia, carnemque mox morituram foetentem  
 & sordibus intus repletam, supermundissimæ di-  
 uinitati, & superinfinitæ bonitati creatoris  
 præferunt, prædiligunt, p̄honorant. Pariformiter  
 infelices, viles, vani, insipientissimiq; censendi  
 sunt auari, qui argentum & aurum, terram al-  
 bam & rubeam, quæ non sunt nisi quædam pe-  
 ritura metalla deo præponunt: qui domum, ar-  
 gram, cæterasque terrenas diuitias salutem po-  
 tius impediētes quam promouentes, superoppor-  
 tenuissimè



DE ENORMITATE PEC. Fo. 78

lentissimo bonorum omnium fonti summo ac felicissimo præferunt DEO, primo, vero, adorandoque bono, infinitis diuitijs pleno. Similiter, vani, insensati, atque miserrimi sunt superbi, ambitiosi humani honoris, transitoria laudis, inanis gloriae cupidi, qui propriam laudem, venerationem, ac gloriam, honori, laudi, & gloriae DEI sublimis & benedicti præponere non verentur: qui hoc quod soli sancto, summo, immortalique debetur sibi, quum sint vitiolissimi, & statim vtique morituri, volunt cupiuntque impendi. Vnde fures sunt diuini honoris, & item sacrilegi, omni confusione atque æterna damnatione dignissimi. Hinc ergo mi chare ad hoc bonum æternum, diuinum, immensum semper sit cor tuum conuersum, eius honorem & gloriam semper desidera, ipsum præ omnibus amare, cole, & honora, & contra eius honorem, amorem, & cultum, nil terrenum, nil caducum, nil mundanum, aut vanum digneris aspicere, amare, requirere, vel tenere: vt vere & digne psal-  
*Psalm. 68*  
 las cum sancto, Nonne deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse deus meus, & salutaris meus, susceptor meus: nõ mouebor amplius. Et qd rursus ibidem Psalmista dicit, In deo salutare meum, & gloria mea: deus auxiliij mei, & spes mea in deo est. In ipso omnne bonum copiosissime inuenis. Si potestatem desideras: omnipotens est. Si sapientiam quæris: sapietia eius non est numerus. Si pulchritudinem appetis: pulchritudinis eius nullus est finis. Si delicias cupis: delectationes in dextera eius vsque in finem. Si honore, laudem, gloriam affectas: ipse glorifi-  
*Gene. 17.*  
*Psalm. 146*  
*Idem. 15.*  
*1. Reg. 2.*



DIONYSIVS CART.

Coloss. 3.

glorificantes se glorificat in æternum. Denique diligentes se diligit: timentes se exaudit, sperantes in se saluat. Quemadmodū autem peccatum mortale charitati diuinæ omnino repugnat & tollit: sic veniale diuinæ charitatis feruori & perfectioni aduersatur. Ne ergo in nobis amor dei pescat, aut minoretur: etiam uenialia diligentissime, quantum fieri potest, vitemus, deploremus & emēdemus: quatenus in diuinitatis sancto amore quotidie feruentiores efficiamur. At uel sicut iuxta inducta mortale peccatum committitur, dum creaturæ magis quā creatori inhaeretur: sic veniale peccatum incurrimus, dum rei creaturæ inordinate afficimur, tamen citra deum.

De enormitate peccati ex parte maiestatis & autoritatis diuinæ, quæ in peccato innotatur.

Art. VI.



Vanto is in quem peccatur maioris est dignitatis, sublimioris autoritatis, eminentiorisq; maiestatis: tanto peccatū reputatur enormius. si quis offendat episcopum, grauius est quā si peccet in simplicem sacerdotem. Quod igitur deus, contra cuius legem, & contra quod omne peccatum mortale committitur, sit purius infinitæ maiestatis, incomparabilis dignitatis, & per altissimæ autoritatis: certissime innotet quod peccatum ex hac parte sit quodammodo infinitæ enormitatis, atq; incomparabiliter grauius omni offensa in puram creaturam (vel in angelum) commissa. Rursus quanto præceptor auctoritate gifer fuerit maior atque sublimior: tanto enormius iudicatur eius iussionibus non obedire, eius



Psal. 49.

Psal. 135

Iob. 36.

Esai. 33

Psal. 148

negligere. Cum ergo præceptor ac legifer noster sit deus deorum, dominus dominorum, rex regū, & princeps vniuersorum, cui sicut scriptum est. Nullus similis est in legislatoribus: de quo item legitur, Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster: constat q̄ sicut ipse est incōparabilis sublimitatis, atq̄ incircumscriptibilis maiestatis: sic eius præceptis nō obedire, ea parui pendere, dissimulare, negligere sit incōparabilis & quasi immensæ enormitatis, peruersitatis & impietatis. Nempe si graue ac nimis iniquū est patri carnali, mortali, & peccatori non obedire, non acquiescere, non deferre honorem: nonne impiissimum est patri spirituum, creatori æterno, sancto, omnipotēti, immortalique deo nō obedire, acquiescere, & deferre? Ipse equidem est ille magnus dominus & laudabilis nimis, cuius magnitudinis (id est perfectionis, dignitatis, & gloriæ) non est finis: quem ipse quoq̄ Porphirius magnus Plonicus appellat regem ac patrē deorum, quem & ipsa numina perhorrescunt. Quod in libro de ciuitate dei Augustinus a Porphirio dictum frequenter commemorat. Denique cum lex euangelica ab ipso dei vnigenito filio, vero utiq̄ deo, immediate collata est, iusta atq̄ proposita: constat eam diligentissime obseruandam, ita vt multo enormius sit eam præuaricari: quam fuerat olim legem Mosis transgredi, quæ a deo proposita est populo, mediantibus angelo ac Mose. Hinc quippe ad Hebræos ait apostolus. Irritam quis faciens legem Mosis, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pollutum



ti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Præterea post cœnam illam sanctissimam nouissimam Christus passioni iam proximus, in ipsa nocte qua tradebatur inter cæteros dixit apostolis, Si non venissem, & locutus essem, peccatum non haberent. Quoniam ergo

Iohan. 15

Hebræ. 1

Christus dominus rex Messias iam venit, atque in propria persona loquutus est patribus nostris & nobis per ipsos, enitatur ei in omnibus obviare: alioquin peccata nostra erunt vehementer enormia. Heu quare negligimus, cur inertit tempore deprimimur, cur vitiorum sopore tabescimus? Ista mi amantissime profunde considera, vigilanter perpende, iugiter intuere, & super extati illius, vniuersorum dominatoris offensam abhorre, inhonationem deuota, mandata

Esai. 6.

studii. Ipse est enim cui, teste scriptura, exercitus licum reuerentiali timore assistit, cuius iram nemo resistere potest, sub quo curuantur qui portant orbem, ad cuius nutum columnæ cœli contremiscunt, & pauent. Ecce enim cœlum & cœli cœli, abyssus vniuersaque terra, et omnia que in eis sunt, in conspectu dei commouebuntur, & in eius offensam non meruit, qui nullum peccatum relinquit inultum, ac pro vno mortali peccato æternum infligit tormentum.

De enormitate peccati ex parte sanctitatis atque iusticiæ mentis diuinæ.

Art. VII.



Constat, omni menti bene dispositæ peccati labem tanto amplius discere: quanto fuerit ipsa sanctior, magisque iusta. Quoniam ergo mens



T.  
DE ENORMITATE PECCATI. F. 30.

uina, summa ac adoranda est puritatis, æquitas  
tis, & sanctitatis penitus infinitæ, imo puritas  
superessentialis immensa, sanctitas idealis in se  
subsistens incircūscripta, æquitas exēplaris fon-  
tana: certum quod ipsa peccati deformitatem,  
impuritatem & maculam infinito detestetur o-  
diatque abominatu ac odio, prout Moses loqui-  
tur: Aversatur dominus omnem impietatem.  
Hinc igitur sortitur peccatum tortuosissimam  
atque grauissimam enormitatem: quod est con-  
tra diuinæ mentis supermundissimam sanctita-  
tem, & interminabilem eius iusticiam. Ipse quo-  
que peccator qui id amat, eligit, agit, ample-  
ctitur, continet quod deus vsque adeo odit, re-  
probat, ac repellit: infinitam quodammodo de-  
formitatem, displicentiamque dei immensam  
incurrit. Denique quo deus est sanctior, ac iu-  
stior: eo peccati turpitudine atque deformitas ei  
est dissimilior. Est autem deus ( vt dictum est )  
sanctitatis atque iusticiæ perfectionaliter illimi-  
rata. Idcirco peccatum mortale infinitam dis-  
similitudinem habet a puritate sanctitatis, & re-  
ctitudine æquitatis dei altissimi. Hinc quoque  
in infinitum elongat a deo: quia vt nono de ci-  
uitate dei fert Augustinus: Nulla est a deo alia  
longinquitas, quam eius dissimilitudo. Quum-  
que dissimilitudo causa sit displicentiæ auersio-  
nis ac odij: peccatum mortale æternam ac infi-  
nitam meretur displicentiam, auersionem & odi-  
um dei. Ideo æternam meretur damnationē. Vn-  
de in infinitum dī grauius ueniali peccato. Præ-  
terea q̄ fuerit aliqd̄ alicui magis naturale, placē-  
tū atq̄ cōueniens: eo illius oppositū est illi magis  
contrariū, discōueniens ac displicēs, Sanctitas autē  
deo



DIONYSIUS. CART

deo glorioso ac summo intantum est naturalis  
ipse est substantialiter sanctus, non per aliquod ad  
ditamentum: ita ut idem omnino sit illi esse, &  
sanctum esse: in tantum ut eius sanctitas eius  
essentia. Et eius essentia est sanctitas superma  
dissima, simplicissima, simpliciterque perfecta  
omnis virtutis ac puritatis, primordialis, finalis  
& honorabilissima ratio. Sanctitas quoque  
deo convenientissima, & maxime placita. Ipse  
namque sanctimoniam requirit ac diligit, & sancti  
tate digne iugiterque intentos sibi familiares,  
timos atque charissimos efficit. Elucescit ergo  
peccati impuritas sit deo in infinitum contra  
disconueniens, & displicens. Ideo cantat Psal.  
mista, Mane astabo tibi & videbo: quoniam  
deus volens iniquitatem tuas: neque habitabit  
iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante  
oculos tuos. Simile argumentum est de peccato  
normitate ex consideratione diuinæ iustitiæ  
prorsus immensa est, omnisque rectitudinis vi  
osæ infallibilis regula, inflexibilisque mensura.

**Psal. 10.**  
**Apocal. 15.**

tem uidet uultus eius, de quo legitur, Magna  
mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens,  
iustæ & veræ sunt omnes viæ tuæ rex in  
eternum. Quis non timebit te & magnificabit  
nomen tuum? Itaque quo in æquitate & sanctitate  
amplius crescimus: eo creatori, saluatori, & patri  
ci nostro similiore & chariores efficiamur. Quod  
autem vitijs plus scœdamur ac vincimur: tanto  
similiores ei, odibilioreque inuenimur: qui ad  
venit per incarnationis mysterium in hunc  
mundum, ut seruiamus ei in sanctitate & iustitia  
tam ipso omnibus diebus nostris. Qui etiam  
esset



effabili charitate, atque piissima dignatione ad  
suae sanctitatis imitationem nos inuitat, dicen-  
do: Nolite contaminare animas vestras. Ego. n. *Leuit. 15.*  
sum sanctus dominus deus vester. Sancti estote,  
quoniam ego sanctus sum. Ecce mi prae dilecte, si  
ista profunde, frequenter, stabiliterq; ppenderis:  
puto quod utique peccati foeditatem, immundi-  
ciam, enormitatem odies, ac vitabis. Ad confes-  
sionem quoque sacramentalē (in qua secundum  
scripturas omnia lauantur) frequentius festina-  
bis: in super in praesentia supersanctissimi Dei &  
coram oculis suae immensae iusticiae iustius, san-  
ctius, atque syncerius conuersari conaberis.

De enormitate peccati ex consideratione  
charitatis diuinæ, qua deus praeuenit, prae-  
dilexitque nos.

Art VIII.



Ræterea quo quis alium in dilectio-  
ne liberalius copiosiusque praeuene-  
rit: eo decetius ac iustius est eum cor-  
dialiter red amare: & eo peruersius  
quoque eum non red amare: peruer-  
sissimum vero est etiam eum odire,  
abijcere, spernere, seque ab ipso profus auertere:  
praesertim si constet dilecto a diligente ita se dili-  
gi. Itaq; vt iniquitatum nostrarum abominan-  
das ac maledictas malicias efficacius atq; syn-  
cerius cognoscamus: diligentissime contem-  
mur quantum & qualiter deus noster dulcis &  
rectus praeuenerit nos in amore: nec tm̄ in amo-  
re, sed in amore liberalissimo, mere gratuito, pu-  
rissimo, æterno, dignissimo. Et quidem in primis  
hoc certum est, qd nullus amator creatus tãtope-  
re nos dilexit aut diligit, etiam nec parentes, vt  
M deus



DIONYSIVS CARTHVS.

deus noster suavis & mitis. Nempe ex suo æternali ac proueniente ad nos amore, quum nihil  
*Gene. 3* effemus creauit nos, imo ad sui ipsius imaginem  
*Sap. secundum* similitudinemque plasmauit nos. Diuinus etenim amor non reliquit deum sine germine esse. Insuper non duntaxat naturalibus donis, sed super naturalibus quoque muneribus nostram naturam  
*Gene. 1* multiformiter decorauit. Nam & protoplastos nostros parentes in originali iusticia condidit, in paradiso constituit: cunctis huius mundi uiuentibus prætulit, eosque si non peccassent de paradiso ad regnum transtulisset cœleste, sine media morte. Quod totum posteritati eorum conferre disposuit, nisi illi egissent inique. Vnde quamuis tot tantisque bonis simus priuati: nihilominus deum sic amare debemus, ac si eis non priuati effemus, quoniam non ex parte dei priuatio contigit. Præterea quoniam proprius amoris effectus est unio, itemque communitio: amor quippe amato necit amantem, & bona amantis communia facit amato: si ergo rite ac digne optamus agnoscere qualiter nos deus noster dilexerit: intueamur qualiter ipse se nobis ac nostræ naturæ coniunxerit. Ecce etenim nonne ipse unigenitus dei, deo patre volente & spiritu sancto cooperante, nostram naturam suæ diuinitati unioit unione hypostatica, immediata, summa, ac intima, qua maior aut dignior esse nequiuisset. Quoniam ergo tam summe ac intime se nostræ naturæ coniunxit: constat quam summe nos præ amauit, præsertim quoniam in natura assumpta nobiscum tanto tempore conuersari dignatus est. Sed & ipse pater æternus, sic dilexit nos, ut filium suum unigenitum daret, ut ait Euangelista



gelista Ioannes capite tertio. Qui rursus hortatur  
 primæ epistolæ capite quarto, Charissimi diliga-  
 mus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Insuper  
 mentes nostras incessanter sibi cōiungit per  
 supernaturalia dona: videlicet gratiam gratum  
 facientem, per actualem spiritus sancti motio-  
 nem, per fidem, spem, charitatem, cæterasque  
 virtutes infusas & actus earum. Præterea deus  
 noster omnia sua, imo seipsum nobis communi-  
 care paratus est. Nam oculus non vidit, nec au- Esa. 64  
 ris audiuit, nec cor hominis comprehendere va-  
 let, quæ deus suis electis parauit. Etenim seipsum  
 præparauit eis in præmium: quia ad suis ipsius fe-  
 licissimam visionem, atque dulcissimam frui-  
 tionem creauit nos. Et hæc est liberalissima dei  
 dilectio, quod dando nobis sua dona, simul cum  
 ipsis donis largitur nobis seipsum: vt ipsum ve-  
 re æternaliter atque feliciter habeamus, posside-  
 amus, inspiciamus, fruamur. Postremo in tan-  
 tum nos diligit, vt per Salomonem testatus sit,  
 Prouerborum capite octauo, Delitiæ meæ esse  
 cum filiis hominum. Nunc ergo charissime mi,  
 sapienter intende quam enorme, peruersum, ac  
 indecens sit hunc talem ac tantum amatorem  
 non redamare, negligere, offendere, paruipen-  
 dere, spernere, aut odire. Qui autem peccat: vult  
 vtique quod deus non vult: & quod deus vult,  
 ipse non vult. Non ergo veraciter diligit deum,  
 quoniam amicorū est eadem velle & nolle. Sper-  
 nit quoque vilipenditque deum, cuius præcepta  
 non curat. Et ita se prorsus ab ipso auertit, & tã  
 superclementissimo, munificentissimo, ac supal-  
 tissimo amatori nullam rependit vicem: sed pro  
 M ij bono



bonis retribuit mala, & odium pro amore: deum quoque qui se tam familiarem exhibuit sibi, contemnit. Hinc itaque prædilecte, deum sincere ac intime diligamus, toto cordis ardore feramur in ipsum, nostrum affectum suæ supersanctissimæ voluntati semper in omnibus conformemus: quod ipse odit, odiamus: & omne bonum & honestum iugiter amplectamur.

De enormitate peccati ex parte beneficiorum dei. Art. IX.

**P**alam est ingratitudinem diuino ac humano iudicio plurimum reprobari. Quo autem quis alteri plura ac potentiora beneficia dederit: tanto iniquius est uicem non rependere, ingratus esse & immemorem: iniquissimum vero est, etiam mala pro bonis exhibere. Insuper quanto beneficia benefactoris diutius continuantur, frequentius iterantur, liberalius multiplicantur, etiam benefactor fuerit altior atque dignior, beneficiatus inferior: tanto amplior debet gratitudo adesse, grauiusque peccatum committitur, dum beneficiatus benefactori ingratus seu inobediens reperitur. Vt igitur nostræ ingratitudinis & inobedientiæ ac peccati malignitas, & item peruersitas clarius pateant, cordialius desinantur, solentius emendentur, ac caueantur: pensemus misericordiam & beneficia dei nostri ad nos. Et quidem in primis, ipse fecit nos & non ipsi nos: quod quid habemus & sumus, ab ipso processit atque suscepimus, corpus & omnia membra eius, animam quoque rationalem & vniuersas eius potentias. Si vnum nobis membrum aut potentiam animæ vna deesset: puta pes, manus, oculus, aut voluntas

Psal. 99.



DE ENORMITATE PEC. Fo. 83.

voluntas: quantum contristaremur, quantum eum  
 amaremus, cuius pietate et ope recuperaretur et  
 redderetur nobis quod defuit? Cur igitur deum  
 liberalissimum & beneficentissimum non ama-  
 mus: cur ei gratias non agimus: cur inobediētes  
 perversi atque ingrati ei esse non veremur, q̄ no-  
 bis omnia nunc prefata ab exordio nostræ gene-  
 rationis largitus est sine meritis nostris ac preci-  
 bus? Nonne ipsum esse omnibus est naturaliter  
 amabile (prout de ciuita, dei pulchre disserit Au-  
 gustinus) Porro a deo esse, viuere, sentire, moue-  
 ri, rationari & liberè esse communicata sunt no-  
 bis: a conceptionis nostri initio usque in præsens  
 ab innumerabilibus periculis nos p̄seruauit: an-  
 gelum sanctum vnicuique pro custode delegauit  
 continuo, ad sacrum nos baptisma perduxit: in  
 baptismo ab omni nos peccato purgauit: gratia  
 atque virtutibus perornauit: peccantibus nobis  
 exuberanti pietate pepercit: hucusque conuersi-  
 onem nostram præstolari dignatus est: & nō du-  
 bium, quin iam multos de seculo isto tulit, ater-  
 naliterque damnauit, qui minus peccauerunt q̄  
 nos: & tamen adhuc iugiter emendationem no-  
 stram incomprehensibili expectauit clementia.  
 Nunquid parua aut paruipendenda sunt benefi-  
 cia ista? Nōne deus incessanter benefacit ac sub-  
 uenit nobis. Ipse equidem in esse cōseruat nos &  
 omnia quæ habemus. Ipse nos vestit ac pascit q̄ti-  
 die: pœnitentibus mox indulget: gratiam quoq̄  
 amissam & virtutes retribuit: ad bona aliqua  
 nos quotidie excitat ac deducit: per sacram scri-  
 pturam omni tempore nos informat. Insuper æ-  
 ternam, supernaturalem, plenissimamque beati-  
 tudinem nobis spopōdit, ac præparauit. Ecce mi-



DIONYSIVS CARTH.

amantissime, quanta peruersitas, ingratitude, enormitas est, hunc supersublimem, effluētissimum, indeficientissimum, superbiorum benefactorem offendere, abijcere, non curare, non considerare. Ad hæc conuenit te vigilanter perpendere, singularia beneficia tibi a tuo creatore collata: quæ donis naturæ non mediocriter decorauit in corpore, atque in anima. Etenim quum (iuxta Augustinum de ciuitate dei) ingeniosum nasci felicitatis sit, & teste eodem, corporis pulchritudo, & facundia dona dei sunt: quamuis his plurimi abutantur: ad quantam gratiarum actionem ac obedientiam obligatus sis deo, prudenter perpende, non inaniter gloriando, uel te alicui præferendo, aut aliquem aspèrendo: sed peccata tua amplius aggrauando, exuberantius deplagendo, deumque sollicitius precauendo, diuinum quoque iudicium vehementer timendo: quoniã sicut Christus Lucæ duodecimo protestatur, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Imo quod tibi plura a deo bona perpendis collata, eo in eius amore amplius debes accendi, perfectius subdiligatior atque humilior inueniri. Ecce habes a deo dona naturæ, bona fortunæ, fructus ecclesiæ: nonne ergo magna & grauiã nimis sunt tua peccata, ea præsertim quæ non proueniunt ex infirmitate humana aut ignorantia: sed quæ non sunt esse illicita. Vide igitur quam deo de omnibus his redditurus sis rationem. Postremo enormitas peccatorum nostrorum vehementissime aggrauatur ex parte beneficiorum CHRISTI, puta eorum omnium quæ pro nostra salute ipse assumpsit, fecit, & passus est. Nonne etenim infinita est nostra peruersitas, ingratitude, impietas



DE ENORMITATE PECCATI. F. 84.

impietas: dum vnigenitum filium dei inhono-  
 ramus, relinquimus, spernimus: qui pro nostra  
 liberatione seipsum tam ineffabiliter exinan-  
 uit, diuinitatis suæ altitudinem vsque ad no-  
 stræ naturæ paruitatem misericordissime incli-  
 nauit: qui inter homines tot annis conuersari  
 dignatus est, in tanta humilitate, paupertate,  
 patientia, tribulationibus, persecutionibus, ten-  
 tamentis: qui ieiunando, discurrendo, prædi-  
 cando, flendo, orando, tantum pro nostra labo-  
 rauit salute: qui (vt Matthæus vigesimo sexto Matth. 26.  
 capite refert) in cœna nouissima corpus suum et  
 sanguinem dedit ineffabili charitate discipulis,  
 nobisque quotidie dignantissime tribuit: qui po-  
 stremo acerbissimam atque turpissimam pro no-  
 bis pertulit mortem: tanta quoque pro nostra  
 conuersione ad fidem & gratiam fecit per san-  
 ctos apostolos aliosq; electos miracula. Adhuc  
 autem quo quis aliam plus honorat, eo iniquius  
 est eum non rehonorare: imo prauissimū est eum  
 etiam inhonorare: præsertim si autoritate & vir-  
 tute præstantior sit. Qm̄ igitur per præmemorata  
 beneficia, tam naturalia q̄ supernaturalia: præ-  
 cipue per verbi incarnationem, & humanitatis  
 suæ glorificationem, deus genus humanum tam  
 inexplicabiliter honorauit, nosq; vermiculos uo-  
 care dignatus est, imo & fecit filios suos hæredes  
 atque amicos insuper ad summū cœli dignissi-  
 mam aulam, angelicæ quoque beatitudinis æ-  
 qualitatem prouehere repromisit: nonne ineffa-  
 biliter enormia sunt nr̄a peccata, quibus deū tā  
 benignissimū inhonoramus, offendimus, asper-  
 namur: q̄ etiā quosdā hoīm prælectorū tā excel-  
 lentissima sc̄titate, potestate, & gr̄a adornauit.

M iij Nunc



DIONYSIVS CART.

Nunc itaque prædilecte, Deum in omnibus tibi  
cordis zelo colamus, ac veneremur: & quicquid  
valemus, ad eius reuerentiã per agamus: nec tra-  
men aliquid dignum nos agere arbitremur, sed  
quod plus facere non valemus cordialiter doleamus:  
quoniam sicut ipse est immensæ maiestatis, ita  
est infinita reuerentia dignus.

De enormitate peccati ratione diuinæ  
sententiæ omnia intuentis.

Artic. X.



OC præterea auget gravitatẽ  
peccati, accumulaturque contemp-  
tibus nostræ in deum, quod in  
spectu atq; præsentia creatoris,  
uatoris, ac iudicis nri peccare  
demus. Ipse etenim deus noster

Eccle. 36.

potens, vniuersa præterita, præsentia & futura  
clarissime, æternaliter, & infallibiliter cõtemp-  
tur, pensat, discernit: quem admodum S. Iob

Iob. 23

fitetur, Nonne deus scit viam meam, & omnes  
gressus meos dinumerat? Et denuo loquens

Idem. 13

Posuisti, inquit, in neruo pedes meos, & obser-  
uasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meo-  
rum considerasti, vnde apud Hieremiam habetur,

Hierem. 32

Fortissime, magne, potens, dominus exercituum  
nomen tibi, magnus consilio, et incomprehensibilis  
cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes filios  
Adam, vt reddas vnicuique secundum vias suas.  
Nõne iudex terrenus, homo mortalis, reputaret  
grandem sibi iniuriam contumeliamq; inferri, si quis  
subditorum suorum in præsentia & aspectu  
transgrediretur eius preceptum? Quanto magis summo  
cœlesti & æterni que iudici magnã irrogamus  
inhonorationem atq; iniuriam



atq; iniuriã, dum in eius aspectu qui vere vbiq;  
 præsens, imo præsentissimus est, vniuersa que im-  
 plet, diiudicat, ponderat, peccare non formida-  
 mus? Hinc igitur mi amande, diuinam semper  
 præsentiam cogita, diuini vultus aspectum ho-  
 nora, diuinæ mentis puritatem vbilibet venera-  
 re: & quod coram homine honesto ac probro a-  
 gere verecundareris, coram deo altissimo agere  
 erubescere, imo corã sanctitatis eius præsentia co-  
 gitare aut desiderare non audeas, quod corã vi-  
 ro bono ac sapiente loqui metueres. Deus qui p-  
 pe intueñt intima cordis: & quod hominibus sunt *1. Reg. 6*  
 verba oris, hoc deo sunt cogitationes cordis. Rur-  
 sus, quod terreno iudici sunt opera exteriora pe-  
 nes quæ iudicat: hoc deo metuendo ac iusto sunt  
 desideria ipsa interna, qui affectum pro effectu  
 seu opere recipit. Nimis infelix vilis atq; iniustus  
 est, qui hominum magis quam dei honorat præ-  
 sentiam, metuitq; iudicium. Nõ ergo id tibi cha-  
 rissime meus vnquam conueniat: sed illud san-  
 cti Helix vbiq; & semper mente reuolue. Vi- *Ibidem 17*  
 uit dominus in cuius conspectu sto hodie. Itaque  
 (sicut ait Boetius) magna nobis indicta est be-  
 ne agendi necessitas: quoniam ante oculos iudi-  
 cis cuncta cernentis omnia agimus.

De enormitate peccati ex parte peccãtis.

Art. X I.

Vcusque de enormitate peccati tra-  
 ctatũ est ex parte dei: in quem omne  
 peccatum committitur mediate vel  
 immediate. Quamuis enim quedam  
 peccata dicantur esse in deum, quedam in pro-  
 ximum, quedam in seipsum, puta in ipsum pec-  
 cantem, eo q; quorundam vitiorum immedia-

M v te ma



D I O N Y S I U S C A R T.

te materia proximumque obiectum sit deus: ut sunt ea, quæ virtutibus Theologicis directe sunt contraria, quorundam proximus, quorundam ipse is qui peccat: nihilominus omne peccatum in deum est, qui omne peccatum detestatur, prohibet, punit. Lege quippe diuina omne prohibet, aut dissuadetur peccatum. Nunc itaque ex quo ordo & de peccati enormitate aliquid fari ex parte peccantis, & hoc quantum ad homines. Primo igitur peccati enormitas potest attendi ex nostra inferioritate. Quo enim quis subditus legislatori ac præceptori minor atque inferior est, eo debet esse humilior, itemque subiectior. Unde de grauior (quo ad aliquid) videtur esse contemptus, si ipse legislatori seu superiori rebellis sit: si maior ipse esset, aut maior eo id faceret. In ordine enim aut intellectualium substantiarum ultimo ipse vltimum locum sortitur. Nonne ergo legislator ille superaltissimus deus sanctus, adorandus, immensus indignari plurimum poterit, dum videt nos viles vermiculos, lutea vasa putantes, vanitati ac cineri comparatos, infinitis vitijs in anima & corpore plenos, suis non obediunt præceptis, suam maiestatem inhonorantes, suorum beneficiorum non recordantes, omnibus re ipsam incessabiliter offendentes, suis exhortationibus, quas per suos facit ministros, non acquiescentes, suam quoque præsentiam non curantes? Præterea ex hac nostræ paruitatis ac vilitatis consideratione etiam nos ipsi nostros in deum excessus vehementer exaggerare, aggravare, detestari, atque de flere, & item nos ipsos alpernari, reprobare, & castigare debemus: eo quod nos pauperrimæ, miserimæ, ac vilissimæ creatura



DE ENORMITATE PECC. Fo. 86.

tura mox moriturę, imo quotidie morientes do-  
minum deum nostrum, deum super sublimem ac  
infinitem, deum omnipotentem super gloriosissi-  
mum super essentialem totiens & tam grauiter  
inhonorauimus, offendimus, spreuimus, & quo-  
tidie offendere non cessamus. Ecce nos puluis & cinis, nos putredo & vermis, qui velut flos egre-  
dimur & conterimur, qui fugimus tanquam  
vmbra, & nunquam in eodem statu manemus,  
contra regem regum, contra principem vniuer-  
forum, contra creatorem mundi, super laudabi-  
lem, inuariabilem, & super exaltatum qui est  
simplicissimus, purissimus, super splendidissimus,  
ac supersanctissimus spiritus, tã frequenter tam  
que enormiter prauaricati sumus, & incessanter  
peccamus. Quid igitur inanissime gloriamur,  
quid vanissime superbumus? Cur nos non humi-  
liamus, aspernamur, deflemus, & castigamus  
nos ipsos ieiunijs, ac flagellis, vigilijs, orationibus,  
ceterisque pœnitentię actibus? Itaque nobis ipsis iu-  
giter displiceamus, et corã supermundissimo deo  
animas nostras indefinenter profundissime humi-  
liemus, neminem alium contemntes. Secun-  
do, peccati enormitas ex parte peccantis, p̄sa-  
tur ex superioritate peccantis, vtpote ex p̄latio-  
ne ac p̄sidentia eius. Quo, n. qui peccat maior est  
p̄latus, princeps, seu iudex, p̄ officialis: eo ad am-  
pliorẽ obligat iusticiã, charitatẽ, exemplaremque  
vitã, p̄sertim cũ (teste phō) iudex & p̄sident de-  
beat eẽ vira lex, & æq̄tas anãta. Vñ pctã eius  
enormiora reddunt, p̄sertim si in spiritalib. præ-  
sit & prædicationi ac doctrinã intendere habe-  
at. Vnde quod homini simplici esset veniale, aut  
simplex peccatũ mortale; talib. fit mortale: et nõ  
nunquam

Gene. 18.

Iob. 14. ?



DIONYSIVS CARTH.

nunq̄ etiam dupliciter, multipliciterq̄ mortale

Tertio, peccati enormitas, quo ad peccantē accipi potest ex pte gradus vel ordinis eius q̄ peccat. Quemadmodum grauius est peccatum sacerdotis, magistri, siue doctoris, q̄ idiotæ ac bēci.

Quarto, ex parte scientiæ eius qui peccat

Cuius quo maior fuerit literatura, eo fit grauius

Luc. 12 eius culpa, semper ceteris paribus, Christo p̄stante, qui ait: Seruus sciens voluntatem domini

Iaco. 4 sui, & non faciens: plagis v̄apulabit multis. Iacobus quoq̄ apostolo, qui ait, Scienti bonum, &

1. Pet. 2. non facienti: peccatum est illi. Etenim sicut p̄ceptum

ceps asserit apostolorum, Melius erat non agnoscere

scire viam iusticiæ, q̄ post agnitiōem retrorsum reuerti.

Quinto, ex parte virtutis. Quo enim melius in ampliori interdum p̄fectione vixit, & carnalior

fuit: eo si ad vitam reuertatur carnalior abominabilior demonstratur ac vilior, semper

ceteris paribus. Tales sunt qui cum spiritu corrupti: carne consummantur.

Sexto, ex parte status aut professiōis. Vt si religiosus apostatet, a

regulam non obseruet, in quo contra iusticiam agens mortaliter peccat.

Septimo, rationis, aut simplicis promissionis. Votum quippe (ut dicunt doctores)

plus obligat iuramento: ita ut per iuramentum probetur deterior voti transgressor.

Octauo, ex parte beneficiorum peccanti datorum. Quia, vt dictum est, quo plura ac potiora beneficia

super b̄nficia est sortitus: eo enormiora sunt eius peccata.

Vnde quo deus peccantem diutius a peccato

que benignius vt conuertatur expectat: eo diutius in peccato

inhabilia eius peccata redduntur. Non enim

prover. 18. assidua peccandi consuetudine: q̄ indurationem cordis

ac obstinationem inducit. Quia, vt Salomō dicit, in peccato

inhabilia eius peccata redduntur. Non enim

assidua peccandi consuetudine: q̄ indurationem cordis ac obstinationem inducit. Quia, vt Salomō dicit, in peccato



bit, impius quum in profundum peccatorum ve-  
nerit, contemnit. Decimo, ratione ætatis. Idem  
nanque peccatum in senioribus vituperabilius,  
quam in iunioribus iudicatur. Undecimo, ex  
facilitate non peccandi, seu resistendi peccato.  
Quem admodum in hominibus bonæ indolis gra-  
uius est peccatum, quam in pronis ad vitia. Pro-  
pter quod decimo quarto de ciuitate dei loqui-  
tur Augustinus, Primum præceptum in paradi-  
so tanto maiore iniusticia violatum est: quãto fa-  
ciliori posset obseruatiã custodiri. In peccatis au-  
tem eorũ qui bonæ sunt indolis, est maius de vo-  
luntario, quoniam ab intrinseco minus impellun-  
tur ad mala: ideo cæteris paribus grauius pec-  
cant, præsertim quum & dei beneficijs infelicitate  
abutantur, & ingratiore sint creatori. Ex his u-  
nusquisque vitiorum suorum enormitatem per-  
pendat, quoniam in quibusdam omnia uel pene  
omnia ista peccatum grauantia concurrunt. In  
quibusdam autem multa: in alijs pauciora. Ti-  
bi autem charissimo meo vltimum horum singu-  
larissime considerandum propono, ne præclara  
tuæ indolis bonitate damnabiliter abutatis: sed  
digno conatu virtutibus tanto vigilantius in-  
nitaris: quãto facilius virtuosus effici vales. Quod  
si feceris, deuotissimus & deo gratissimus eris. Si  
vero te ipsum neglexeris, & vitijs locum præsti-  
teris: magna vehementer erit iniquitas atque da-  
mnatio tua. Vnde secundo de ciuit. dei dicit Au-  
gustinus, Si quid in te laudabile naturaliter emi-  
net: non nisi vera pietate (id est, cultu diuino) pur-  
garur atque perficitur. Impietate autem disperdi-  
tur & punitur. Prostre mo in omnibus præindu-  
ctis aggrauatio ipsa peccati intelligenda est cæ-  
teris paribus.

De enor



De enormitate peccati ex pte materice  
ca quam versatur, seu obiecti. Art. XII.



Tactum est iam, quædam peccata  
dicuntur esse in deum, quædam in pro-  
ximum, quædam in seipsum: certum  
que est peccata in deum esse grauissi-  
ma, loquendo in genere. Nunc que  
tractatum est de grauitate pec-

cati ex parte dei. Quemadmodum autem peccata  
in deum feruntur grauissima propter bonita-  
tem, maiestatem, sanctitatē, charitatem ac be-  
neficientiam eius: sic quanto proximus in quem  
peccat, fuerit deo similior: tanto enormiora erunt  
peccata. Vnde enormitas peccati in proximum  
primo attēditur ex parte autoritatis, dignitatis,  
ac potestatis eius, in quem peccatum committitur.  
Qui quōto maioris fuerit autoritatis seu pote-  
statis, tanto grauius est in eum peccare: sicut apparet  
in peccatis cōtra summum pont. aut episcopus  
etis, & in crimine læsæ Maiest. Hinc in patre  
ritalē dei vicarium, pastorē, seu p̄latum peccatum  
est multum enorme, cum sit potissimum cōtra di-  
gnitatē quæ illis debetur, & iusticiā, per quā illis re-  
uerentia & obedientia sunt exhibendæ. Propter quod  
de talibus loquitur, Qui vos audit, me audit: et  
vos spernit, me spernit. Moses quoque ad rebe-  
lles ait Israelitas, Non contra nos est murmur est vo-  
strum, sed contra deum. Hinc itidē ad Rom. docet  
apostol. Paul. Omnis anima potestatibus sub-  
ierioribus subdita sit. Nō est enim potestas nisi  
deo. Quæ autē a deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui  
resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autē  
resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Se-  
cundo, p̄satur enormitas peccati in proximum  
ex pte

Luc. 10

Exod. 16

Rom. 13



ex parte propinquitatis: quæ admodum grauius est fratrem carnalem occidere, aut propriam sororem violare, grauiſſimum vero in parētes peccare, quum filius ſit de illorū ſubſtantia natus, & quaſi aliqd eorū. Tertio, ex parte bñficiorum, q̄ peccans a proximo in quē peccat ſuſcepit. Sic rursus graue nimis eſt in parentes impie agere, a quibus proles adeptæ eſt eſſe, alimentum, cuſtodiam, & doctrinā. Item, in magiſtros, quibus honor debetur & amor: imo (ſecundum philoſop.) magiſtris ac parentibus non poteſt reddi æquiua- lens. Ideo ſcriptū eſt, Quam mala famæ eſt, qui **Eccle. 3** relinquit patrē: & eſt maledictus a deo qui exaſperat matrē. Quarto, ex parte bonitatis, virtutis, ſeu ſanctitatis eius in quē peccatur. Qui q̄to melior, iuſtior, ſanctior fuerit: t̄to iniquius eſt in eum peccare. Sed et eruditus ac ſapientibus ſpecialis honor debetur. Hincq̄ irreuerentia ſeu iniuria iſtis irrogata amplius aggrauat. Quinto ex pte ſtatus, gradus, ſeu ordinis. Vñ in ſpirituales, clauſtrales, & religioſos peccare, ſpecialit̄ eſt enorme. Sexto, rōe ætatis. Seniorib. nāq̄ reuerentia maior debet, & in ipſos peccare grauius eſt cenſet̄. Hinc ſiquidē ait ſcriptura, Corā cano ca **Leuit. 19** pite cōſurge, & hon. &c. Septimo, ex pte ſimplicitatis ac innocentie, Petiā ſtoliditatis eius in quē ipſe agit. Qui q̄to innocētior fuerit atq̄ ſimplicior: t̄to crudelius eſt in eū delinq̄re. Si ſi mō ſi fuerit vſu rōis priuatus, penitus, aut certe prim. Talib. qppe ſunt maior cōpaſſio et ſubuētio impendēdæ. Idcirco pro grādi malo fer̄ in lib. Iob, **Iob. 12** deridet̄ iuſti ſimplicitas. Octauo, rōe charitatis, itēq̄ fidutię q̄s habet iſ in quē peccat̄ ad eū q̄ peccat in ipſum, Siquidem quo quis amplius diligit aliquem



- aliquem & magis confidit in ipso, tanto grauius est in ipsum peccare, iniuriam inferendo, non  
**Iob. 12** cendo, fallendo. Vnde apud Iob legitur, Qui deridetur ab amico suo, inuocabit dominum, & ex  
**Ecc. 9.** audiet eum. Et in Ecclesiast. Ne derelinquas amicum  
**Iob. 26** cum antiquum: nouus enim non erit similis illi.  
 Hinc simulatores & callidi prouocant iram dei.  
 Nono, ex parte imperfectionis cuiuslibet  
**Leuit. 19** monstrositatis. Vnde in Leuit. iubetur, Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum. Tales ergo deridere, aut lædere, est vehementer impium ac crudele. Decimo, ex parte in  
 potentia, paruitatis, atque inopie eius in quem peccatur. Ideo impotentes, abiectos, egenos opprimere, persequi, spoliare, aut lædere, est ualde in  
**Ecclesi. 22.** me. Hinc Salomon ait, Qui conuiciatur pauperi  
**Deute. 10** exprobrat factori eius. Et Moses, Dominus, amat  
 quit, facit iudicium uiduæ & pupillo, amat peregrinum. Vnde de talibus præfato modo  
**Iac. 5** iuriam passis scriptum est. Clamor eorum in auribus  
 domini sabaoth introiuit. Undecimo, ex parte  
 te contrarij euentus proximi, in quem peccatur.  
 Hinc desolatis afflictis, tentatis tribulationibus  
 ñcere, iniuriamque inferre plurimum graue est. In  
 talibus consolatio debeat, sicut B. Iob se fecit  
**Iob. 30** statur, dicēs: Flebam super eo qui afflictus est  
 & compatiebatur anima mea pauperi. Et alibi  
**Idem. 29** Quum sederem, inquit, quasi rex circumstantibus  
 exercitu: eram tamen merentium consolator.  
**Eccle. 7** circo monet nos quoque Sapiens, Non desis  
**Rom. 12** rantibus in consolatione. Et Apostol. Fletis cum  
 flentibus. Ex his considerare quilibet ualet commiserationem  
 mitatem suorum peccatorum in proximum, quod  
 tum est ex parte proximi in quem delinquit. nerali



Generaliter quoque maius nocentum aut malum  
 quis peccando intulerit proximo, eo grauius pec-  
 cat, ceteris paribus. Ideo virginem deflorare, mul-  
 tum enorme est. Derractio quoque quae tollit bo-  
 nam famam, argento & auro preferendam: &  
 seminatio discordiae, quae dilectionem auro & ar-  
 gento ac fame preponendam aufert aut minuit:  
 sunt peccata prorsus enormia, & furto utique gra-  
 uiora. Iterum quo materia peccati fuerit deo ma-  
 gis consecrata: eo maior sit culpa. Vt si bona ec-  
 clesiae, ornamenta, utensiliaque altaris furetur, aut  
 rapiat, vel tam seu voto castitatis astrictam il-  
 legitimo modo cognoscat. Postremo tuae industriae  
 dilecte erit enormitates peccatorum tuorum  
 in proximos quoquam modo commissorum sa-  
 pienter pensare secundum considerationes praeta-  
 ctas eademque digne corrigere, diligenter in po-  
 sterum declinare, & ad vnumquemque te ordi-  
 nate habere, secundum conditionem, statum, uel  
 qualitatem ipsius: quemadmodum ad Roman. *Roman. 13*  
 docet Apostolus, Reddite omnibus debita. Cui  
 timorem, timorem: cui honorem, honorem.

De enormitate peccati ex parte circum-  
 stantiarum, ac finis.

Art. XIII

**P**RAETerea nomen circumstantiae in  
 actu virtutis originaliter sumitur a  
 circumstantia secundum locum. Quae  
 admodum enim id localiter rem cir-  
 cumstat, quod eam attingit, & in ei  
 extrinsecum est: sic conditiones actu-  
 um humanorum, quae ipsos actus concernunt, et  
 tamen extra earum substantiam sunt, circum-  
 stantiae appellatur. Sicut in prima secunda, que-  
 stione



DIONYSIUS CARTHVS.

ratione septima Thomas scribit. Sunt autem circumstantiæ septem, quæ versu hoc continentur. Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quò, quò. Pensandum est namque quis fecit, quid egit, quibus subsidijs operatus est, quo loco, quo tempore, quo fine, & qualiter. Sed quoniam a fine accipitur actus speciem, & ipsum opus est de substantia actus: idcirco quod finis & opus circumstantiæ non mutantur, non est intelligendum de fine principio & actu ad id quod est: sed de aliquo fine ad effectum, & quædam proprietate circa opus seu actum. Harum circumstantiarum potissima est, cur, quæ est, quo fine quid factum sit: idcirco quo aliquis fit fine magis illicito ac peruerso, eo peccatum magis aggrauatur: & si quis opus sui ordinem habens plures fines prohibitos, quanto fuerint fines peiores ac peruersiores, eo fit maior peccati enormitas. Vt si quis furetur, vt voluptati, gulæ, ac concupiscentiarum possit vacare, ad mundanos quosdam honores pertingere. Præterea si opus fuerit de genere bonorum, si tamen finis eius sit vanus & peruersus, ipsum erit illicitum: vt si quis oret, ieiunet, elemosynam faciat, intuitu laudis humanæ. Itaque quoniam (teste diuino Dionysio) bonum est ex integra causa, concurrentibus, videlicet omnibus virtutum circumstantijs, iam prædictis. Defectus vero, seu malum, ex cuiuslibet circumstantiæ omissione contingit: ideo peccati grauitas tanto fit maior, quanto plures circumstantiæ deseruntur: & quanto ab ipsa virtutis conuenienti circumstantia magis recedunt. Hinc ergo non iam duntaxat doleamus, quod ea quæ in se vitiosa absoluteque mala sunt, committimus, vel agenda omisimus: sed etiam quia peccamus.

Dionyfi.



cauimus tempore magis indebito, loco magis prohibito, sine multum peruerso, auxilio inhonesto, & modo prorsus incongruo, utpote intimore ac irreuerenter omnino. Considerandum quoque, quotiens & cum quali persona, cum quanta etiam voluntate peccandi: itemque cum quali scandalo proximi: quo enim voluntas peccandi, puta ipsa volitio mali est magis inter sa, eo est grauior culpa. Similiter nos considerare conuenit & oportet in bonis quæ agimus: an de hito loco, & tempore apto sint facta, cum recta quoque intentione, ac reuerenter. Grauius nempe est tempore cultus diuini, ac festis diebus, & in ecclesia, præsertim in choro, mente vagari, confabulari, circumspicere, vitis que intendere: bona ergo quæ agere obligaris, cum præinductis virtutum circumstantiis, quantum tibi possibile est, chare mi adimplere coneris: & peccatorum tuorum grauitatem ex omnibus nunc præfatis peccatum grauantibus vigilanter consideres.

De fugibilitate, odiositate, & deformitate peccati, secundum se.

Art. X I I I I.



Voniam deus qui peccato inhonoratur infinitæ honorabilitatis, amabilitatis, pulchritudinisque consistit: peccatum infinitæ fugibilitatis odiositatis, & deformitatis esse censetur: quippe quod diuinæ voluntatis sanctitati ac æquitati omnino displicet & contraria est. Hinc pro nulla re, nullo timore damni, periculi, seu tormenti, nullo amore commodi, prosperitatis, aut gau

N 4 dij



dñi peccatum cōmitti debet siue admitti, seu  
 dum legem diuinam: imo potius debet hō m  
 rem grauissimam spōte subire, quam minimū  
 peccatum veniale incurrere: idcirco qui ad  
 tiōe, aut comminatione, qui humano fauore  
 peccatum inducitur, imperfectū satis se esse  
 clarat. Denique minimum malū culpæ, hoc  
 minimum peccatum, fugibilius ac odibilis  
 quocunque malo pœnæ, seu quouis supplic  
 am infernali, q̄tum ad id quod mere supplic  
 est. Pro nullo ergo tormento, damno, Incom  
 doque vitando, peccandum: sed potius debet  
 mo omnem pœnam velle ferre, q̄ deum offen  
 re. Nam deum offendere, est deum puta  
 sum bonum amittere, eiusq̄ supersanctæ vo  
 tati propriam directe opponere. Nunc ergo  
 præamande considera, quanta sit eorum pe  
 sitas, & a vera perfectione distantia: quanta  
 affectio die ac nocte tēdit ad ea quæ leg  
 hibentur diuina: qui blandiendo, dando, con  
 dolaborant eas ad suum cōsensum allicere,  
 quibus suam expleant immundissimam  
 ptatem: qui student in hoc mundo prosperari  
 norari, dirari. Stet ergo inflexibilis mentis  
 status, nec prosperis extollamur, neque ad  
 vincamur, nec timore humanæ offensæ, in  
 pationis, vel confusionis a via iusticiæ con  
 inus, mortem animæ, id est, peccatum inco  
 rabiliter magis quam mortem corporis  
 demus.

Contra eos, qui amplius timent, vitare  
 odiunt malum pœnæ q̄ malum culpæ

Art. XVI.





Imor est fuga seu detestatio mali.

Quo ergo quid peius est, eo fugibilis & fortius detestandum esse conuincitur: quum malū sit timoris obiectum. Porro iam patuit, q̄ malū culpæ sit fugibilitatis immensæ: ma-

lum aut̄ poenæ seu ipsa peccati puniatio, vel quæcunque aduersitas afflictiua, non est in se absolute malum aut simpliciter fugiendum: sed a deo iuste infligitur, estque ad deletionē peccati & gratiæ infusionem in seculo isto proficuum: in purgatorio quoque delet peccati reatum, in inferno autem, est diuinæ iusticiæ opus & culpæ ordinatum: quæ cuius sit ipsi damnato nocuum. Quum ergo hæc ita se habeant, q̄ imperfecti, uiles, et periles existunt, qui in uita hac potius timent et fugiunt iustam pro peccatis suis punitionem, inreparationem, confusionem: q̄ ipsam peccati foeditissimā deformitatem, diuinæ sanctitatis offensam, ac dei altissimi inhonorationem. Isti sunt inordinati ac miseri, in quibus diuino amori præponderat amor priuatus, in quibus maior est timor seruilis quam filialis, qui plus honorant ac metuunt aspectum iudiciumque humanum quam diuinum: non verentes agere deo præsentem ac intuentem, quod homine iudice conspiciente, operari formidant. Hi de proprio magis tristantur temporali seu corporali incommodo, damno, atq̄ supplicio: quam de dei offensa, de gratiæ amissione, de animæ suæ læsione. Isti appropinquante aut imminente humano examine atque iudicio, emendationem quādam prætendunt ac simulant: sed eo qui timebatur absente, & in breui ad iudicandum ac puniendum non redituro, uiuunt ut an-



DIONYS. CARTH.

te. Fia ergo mi prædilecte, deum sincerissime  
midemus: malum culpæ incomparabiliter  
mus, iustam punitionem in hoc seculo cordi  
ter affectemus, hilariterque feramus: damna  
animæ seu peccatū, magis quam temporalium  
rerum amissionem, aut corporis afflictionem  
delissime defleamus. Postremo hæc omnia  
plere poterimus, si illud Salomōis proverbia  
septimo efficaciter attendamus, Fili honorati  
um, & valebis: præter eum vero ne timueris  
enim. Hinc rursus ait scriptura, Qui timet  
nil trepidabit. Qui timet hominem, cito com  
Non quod superiores nostros nequaquam metu  
1. Pe. 2 debeamus, quum Petrus dicat Apostolus, Sub  
subditi estote dominis vestris, cum omni timore  
sed quod timendi non sunt ut homines, sed ut de  
carni ac ministri: ne propter eorum timorem  
um in aliquo offendamus. Pro gratia ad  
di perfectionem in isto articulo iam descripsi  
misericordissimum deum indefinenter cor  
terque exora.

**Prou. 29**

**1. Pe. 2**

Quomodo diuersi diuersis ex causis  
motiuis virant peccata.

Art. XVI.



Ræterea sunt qui a vitijs retrahuntur solo seruili timore, hoc est, peccatorum formidine: non æternæ felicitatis affectu, neque ipsius dei Synonimo amore. Isti quãdiu huiusmodi timor ad charitatem gratiamque disponit in eo retrahit a peccato. Nil quippe meritum gratiæ æternæ, deoque gratiæ ac placitum: nisi ex caritate dei procedat, atque amore iustitiæ



eente Augustino vigesimoprimo de ciuitate dei: **Augustin**  
 Vicia laboriosa difficultate vincuntur, neque id  
 fit veraciter ac synceriter, nisi delectatione vere  
 iusticia. Qui præfato modo declinant a malo, &  
 facere bona quædam videntur, sunt serui mali,  
 ac infideles: quoniam manet in eis affectus pec-  
 cati, & complacentia mali. De tali genere seruo-  
 rum ait saluator Apostolis, Iam non dicam vos **Iohan. 15**  
 seruos, quia seruus nescit, quid faciat dñs eius. Et  
 rursus Ioannis octauo, Seruus non manet in do-  
 mo in æternū. Porro alij vitant peccata spe præ-  
 mii, desiderioque felicitatis æternæ. In istis nō est  
 amor dei perfectus, & omnino syncerus: quoni-  
 am ad seipos reflectuntur, proprium cōmodum  
 cogitantes ac intuentes, et de retributione seu p-  
 mio multum se occupantes: imo si hi proprium  
 commodum magis quam dei honorem aspici-  
 ant & affectent, si ex priuati amoris affectione  
 potius quam ex diuinæ charitatis motione ad o-  
 pera bona inducantur: nihil merentur & puri  
 mercenarij nominantur: nihilominus licet, mer-  
 cedis intuitu, felicitatisque cœlestis affectu, Deo  
 seruire: sic vt honor dei proprio præmio præfera-  
 tur, ipsumque beatitudinis præminm quod opta-  
 tur, ad dei honorem ac gloriam ordinetur: quod  
 qui fecerit, non erit mercenarius tantum, sed in-  
 super & amicus, quoniam deum atque iustici-  
 am præ omnibus amat. Isti nondum perfecti di-  
 cuntur initialem seu mixtum habere timorem:  
 qm̄ a peccato se abstrahunt, virtutibus quoque  
 insistent: partim timore supplicij gehennalis, vt  
 etiam pñtis ac temporalis: partim spe præmii su-  
 p̄cœlestis. Veruntñ amor dei i eis pponderat pri-  
 uato amori, & dei honorem ac gloriã principali-  
 N iij finali-



finaliterque desiderant. Ideo sunt in statu salutis  
 ac gratia. Insuper alij recedunt a virtutibus & faci-  
 unt bona solo diuinitatis amore, ac diuini hono-  
 ris zelo sincero, tota mente ad deum ardent co-  
 uersi: nihil utique cupientes, nisi ut deus glorio-  
 sus ac sanctus in omnibus honoretur ac diligatur.  
 præmium uero non cogitant, neque inspicuntur  
 ad seiplos non reflectuntur. Imo sibiipsis tota-  
 ter moriuntur, ut deo purissime uiuant, quem  
 modum contestatur Apostolus, *Viuo, inquit  
 iam non ego: uiuit uero in me Christus.* Preterea  
 ea si hi vicissim præmium cogitent & affectum  
 non erit hoc per inordinatam reflexionem ad  
 sed per charitatiuam relationem ad deum, et  
 hoc quod dei uoluntas est, ut æternam felicitatem  
 siderent: quatenus in bono confirmati, deo opti-  
 liciter perfruentes, perfectissime uacent honore  
 dilectioni, ac laudibus eius: sicque præmium  
 charitatis perfectioni non repugnabit. Isti  
 amici ac filij dei, quorum mentes in ipsum chi-  
 ratis diuinæ zeliue iusticiæ sincerissimum  
 ctum conuersæ sunt. Et hi ubique & semper  
 tuose se habent, quoniam ratio bene agendi  
 in ipsis uniformis, pura, ac stabilis: ut ipse  
 met deus, amor ipsius, iusticiæ zelus, diuinitatis  
 præsentia, puritatis dilectio, ingens diuini hono-  
 ris affectus, complacentia boni honesti, omni-  
 que virtutum. Nunc ergo mi frater prædiligens  
 vitia fuge, bona exerce potius ex purissimo  
 amore, æquitatisque zelo, ac puritatis affectu  
 pœnarum formidine, uel mercedis intuitu. Et si  
 dum perfectionem hanc attigisti, ora deum  
 ea: interim uero fuge peccata, saltim æternæ dāna-  
 nis timore, cœlestisque beatitudinis dilectione.



DE ENORMITATE PECCA. Fo. 91

Quod peccati enormitatē in hac vita plene comprehendere non valemus.

Art. XVII.



Vemadmodū vigesimo primo de

Augustin.

ci. dei loquitur, Augustinus, ideo peccata aeterna quae pro temporali peccato infligitur, dura & iniusta sensibus videtur humanis: quia in hac vita mortali deest nobis illae altissimae atque purissimae sapientiae sensus, quo tentari possit, quantum nefas in praeviatione committitur. Iam quippe multipliciter est ostensum, peccati enormitatem tanto consistere ampliorem, quo maior est dei bonitas, cui in peccato res caduca praefertur: itemque quo sublimior dei maiestas atque autoritas, quae per peccatum inhonoratur: quae etiam maior est sanctitas dei et aequitas, quae peccati foeditatem abominatur: itemque quo maior est charitas dei ad nos, & quo plura ac potiora sunt eius beneficia super nos. Quoniam itaque divinae bonitatis immensitatem, divinae maiestatis incircumscriptibilem sublimitatem, divinae sanctitatis & aequitatis mundissimam infinitatem, magnitudinem quoque divini amoris, beneficiorumque eius super nos in hac carne mortali comprehendere non valemus, imo nec satislympida acie contemplari: certum opinor, quod peccati enormitatem plene in hoc statu cognoscere nequaquam possumus. Hinc viri perfecti atque sancti, quanto in seculo isto deum sincerius atque sublimius contemplantur, & ea ex quibus peccati enormitas perpenditur ac grauatur. (De quibus iam scripta sunt plura) mente divinitus plus illustrata et uncta diligentius intuebantur: eo seipsum ampli-

N

v

us de



D I O N Y S I V S C A R T.

us despexerunt, humiliauerunt, castigauerunt, peccataque sua etiam minima ac venialissima, vehementissime ponderauerunt, plāxerunt, ac correxerunt. Denique vnum peccatum aggrauatum ex alio. Quum ergo cogitationū, affectionum, loquutionum, commissionum, et omissionum nostrarum peccata sint a deo multa (saltem venialia) quae mentis nostrae cognitionem ac numerum superant & cū adunt: certum est quod vitiorum nostrorum enormitatem intelligere non possumus, nisi ex gratia valde singulari utcumque. Ideo scri-

**Psal. 18** ptum est, Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Hinc utique quicquid aduersitatis euenerit nobis, merito cum omni gaudio patientissime ferueremus pro peccatis nostris occultis, latebentibus multis, ac magnis. Sed quum peccatorum nostrorum enormitatem non ponderamus, non fatemur miseriam coram deo cor nostrum, nec in ad-

**Apocal. 3** sis gratias agimus deo, qui quos, amat, arguit & castigat: sed impatientia victi, ad inordinatam tristitiam ac pusillanimitatē prolabimur. Amplius cætera paulo ante descripta peccatorum grauantia tam ex parte peccantis, et obiecti materiae circa quam versatur peccatum, quam finis ac circumstantiarum, sunt tot & tanta in speciali: quod nemo nostrum omnia ea cognoscere potest distincte. Ideo peccatorum nostrorum grauitatem plenarie intelligere non valemus. Sed nos ipsos in infinitum humiliare debemus, dum namque iugiter inuocare clementiam, atque sola dei misericordia respirare, dicentes cum re-

**Psal. 39** po poenitente, Comprehenderunt me iniquitates



DE ENORMITATE PECCATI. F. 94.

mea, & non potui vt viderem. Et rursus, Iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum: & peccata nostra creuerunt vsque ad cœlum. Postremo & si impietatum nostrarum enormitates plene comprehendere nequeamus: tamen quod vere tam incomprehensibiliter sint enormes clarissime innoscit ex pœna illa infernali, acerbissima, sempiterna, quam iustus deus pro vno mortali infligit peccato. Qui tamen etiam in inferno misericordiam miscet iusticiæ, cunctando citra condignum. At vero tanta est peccati mortalis, quæ tum cunque parui enormitas: quæ nulla creatura est deo tam cara in toto vniuerso mundo, quin eam odiret, æternaliterque damnare: pro vno peccato mortali, si finaliter deprehenderet eam in illo. Adhuc tanta est peccati enormitas, quod facit peccantem deo eate nus displicentem, vt omnium bonorum quæ ante peregit deus ipse non recordetur. Sicut Ezechielis decimo octauo capite dominus iustus iudex testatus est, Si auerterit se iustus, & fecerit iniquitatem, omnes iusticias quas fecerit non recordabor. Itaque qui stat, videat ne cadat, nemo securus est. Et (Prouerbiorum capite vigesimo octauo) beatus homo, qui semper est pauidus. Amplius quam incomprehensibilis sit peccati enormitas, hinc potest attendi, quod pro humani generis peccato satisfacere, illudque auferre nulla pura creatura fuit idonea: sed ipsummet vnigenitum DEI verum immensumque DEVM deuit, & modo quodam oportuit, incarnari, & pro hominum redemptione a peccati reatu pati ac mori. Si ista mi amantissime

Ibidem.  
Esdr. 9

1. Cor. 10

rite



DIONYSIVS CARTH.

rite pensaueris, peccata abhorrebis, de flebis, ac fugies: teque coram diuinæ maiestatis præsentia timorate habebis.

De diuersis effectibus ac nocementis peccati.

Art. XVIII.



Ausæ contrariæ, contrarios solent habere effectus. Peccata autem vitiosique habitus, virtutibus & eorum actibus contrariantur. Quomodo ergo gratia naturam perficit, sic peccatum ignobilirat, lædit, ac

inficit eam. Et sicut virtutes ac dona spiritus sancti vires animæ reddunt ad bene agendum expeditas, ac faciles, a ratione quoque & spiritu sancto bene prompteque mobiles: sic peccata et habitus vitiosi, vires præfatas a bonis retardant, ad bona agenda infirmas efficiunt, ad mala proni constituunt: ad diabolicum instinctum passionum impetum assequendum faciles reddunt. Hinc Hugo,

Hugo, go in libro de arca Noe: Animam, inquit, diuino desertam auxilio, quæcunque tentatio impedit, subuertit. Beda quoque testatur, quod homo in peccata ruens, spoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus. Vt itaque ordinatus fiat processus, dicendum quod peccatum mortale, primo, spoliat mentem gratuitis, gratia gratum faciente, charitate infusa, cæterisque virtutibus quantum ad hoc quod sunt meritoria in agendo, sequitur quoque donis spiritus sancti. Secundo, maculat animam, quæ maculatio gratuitorum spoliacionem concomitat, estque amissio spiritalis pulchritudinis ac nitoris. Nam sicut in corporalibus macula est perditio propriæ pulchritudinis ac nitore.



ris, ex contactu alicuius immundi: ita in spiritalibus ponit macula pro amissione spiritalis nitore. Anima autem duplicem sortitur nitorem. Vnus est luminis naturalis, seu rationis. Alius est diuinæ illuminationis per gratiam. Porro dum anima inferioribus terrenis atque carnalibus rebus inhæret agit vtique contra lumen naturalis rationis, & gratiam diuinæ illustrationis: sicque spiritalis nitor quantum ad lumen naturale, minoratur & obfuscat: sed quo ad lumen gratiæ omnino aufertur. Tertio, per peccatum minoratur a cladi naturalis inclinatio ad virtutes: nunquam tamen totaliter tollitur, quantum ad suam radicem, quoniam naturam rationalis creaturæ concomitatur. Quod vero diuinus ac sanctus Dionysius asserit quarto capitulo de diuinis nominibus, bonum naturæ seu naturalia etiam in dæmonibus integra perseverare, intelligendum est de ipsa intellectualium creaturarum essentia, naturalibusque potentijs: non de inclinatione prædicta. Quarto, peccatum ad pœnam perpetuam obligat, sicut de impijs ait Iudas in sua can. Iudas quæ procella tenebrarum conseruata est eis in æternum. In Apocalypsi quoque legitur, Crucia- Apoc. 14. bitur iniquus igne & sulphure, & fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum. Quinto, peccatū conscientiam ipsam amaricat. Quia, vt Sapiens ille scriptum reliquit, præsumit seua Sapien. 17. pertubata conscientia. Vnde & amicorum Iob Iob. 15. quidam asserit, Sonitus terroris semper in auribus impij. Ideo loquitur Hieremias, Amara est Hierem. 2: te reliquisse dñm deum tuum. Peccatum quippe conscientia parit remorsum, qui synderisis remurmurat malo. Hinc gaudium spiritale & pax interna;



terna, ac vera & ordinata lætitia, in impijs locum non habent. Sexto, peccatum mentem indurat, ita quod compunctionis & gratiæ receptum non est: nec intima eius verbum dei ingreditur, sed bonis ac salutaribus rebus resistit: nisi deus omnipotentia suæ clementissimam gratiam impendat, corque mollificet. Ideo in Proverbiorum libro asserit Salomon, Impius quum in profundum peccatorum venerit, contremnit.

**pro. 18,** Et apud Esaiam dominus ait vitijs habitatio in malo, Scio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua aenea. Isti sic indurati, non erubescunt de malo: imo lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Vnde de talibus Hieremi. tertio capi. testatur, Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Quo enim quis grauius, diutius, atque frequenter peccat: eo ratio eius amplius excæcatur. Et quanto plus ratio excæcatur, tanto plus errat: tumendo mala pro bonis, falsa pro veris, nocua vana & vilia pro salubribus & fixis ac preciosis. Septimo, peccatum facit peccantem insensibilem, quantum ad ea quæ sunt suæ salutis: ideo verba dei non sapiunt ei, nec proprium sentit periculum. Hinc quibusdam Moses in Deuteronomio dicit, Non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes, et aures quæ possint audire. Nempe, vt in Actis vigesimo octauo scriptum est, huiusmodi auribus grauius audiunt, & oculos suos comprimunt ne conuertantur & viuuant. Octauo, peccatum interficit animam, quoniam vitam gratiæ tollit ab ea, & veram vitam quæ deus est, priuat eandem: estque peccatum velut cadauer putridum, foetens, turpissimum.



tam deo. Hinc in Apocalyp. tertio legitur. No-  
men habes quod viuas, sed mortuus es: non enim in-  
uenio opera tua plena coram deo meo. Pecca-  
tum quoque (secundum Augustinum) annihila-  
tur, quia peccatum nihili est, & nihil fiunt homi-  
nes peccando: non esse naturam, sed gratiam amitten-  
do. Nono, peccatum vnum disponit ac trahit  
ad aliud, ita quod sequens peccatum est pecca-  
tum & poena peccati. Est namque peccatum in  
se: & per respectum ad peccatum praecedens, est  
poena peccati: quia praecedentis peccati demer-  
ito, meretur peccator a deo relinqui: sicque diuer-  
sa incidit vitia. Vnde iuxta Gregorium, pecca-  
tum quod per poenitentiam non diluitur, suo mox  
pondere trahit ad aliud. Decimo, peccatum bo-  
na meritoria ante peracta facit infructuosa, &  
a gloria regni caelestis excludit: quemadmodum  
scriptum est, Tollatur impius ne videat gloriam dei.  
Vndecimo, de membro Christi facit mem-  
brum diaboli, siquidem per charitatem Christo  
incorporamur: sed per peccatum mortale chari-  
tatem perdendo incorporamur diabolo, qui est  
iniustorum caput princepsque. Duodecimo, ho-  
minem qui esse debet templum Dei facit infer-  
no consimilem. Sicut enim in inferno sunt ignis &  
frigus, foetor, caligo, vermis, confusio, sitis, odi-  
umque boni honesti: ita in peccatore est ignis irae  
impatientiae, auaritiae, frigus inuidiae, foetor lu-  
xuriae, vermis conscientiae, sitis concupiscentiae,  
inordinatio atque perversitas animi, detestatio  
quoque virtutum.

Decimo tertio, facit instabilem, peccator nam-  
que omni vento passionum, tentationum, ac vi-  
tiorum prosternitur, agitur, & circumfertur:  
que

Gregori<sup>o</sup>



DIONYSIVS CART.

quemadmodum scriptum est, In circuitu iustorum  
pii ambulant. Sunt enim tanquam pulvis, quem  
Psalm. ii. projicit ventus a facie terræ: eo quod corda eorum  
Psalm. i. non sint per vigorem virtutum summo, & incommutabili  
vni vno ac simplicissimo bono infixa: ideoque in rebus  
creatis vagantur, menteque dividiuntur, & inordinatissime  
afficiuntur. Valde inordinatum primo loquitur Hieremias,  
Peccavit Hierusalem, propterea instabilis facta est.  
Insuper sicut esca in hamo decipit piscem, sic  
peccatum fallit peccantem: quia dum vane in  
pieque delectat, ad tristitiam sempiternam perducit.  
Hinc decimo quarto de civitate dei Augustinus. Augustinus.  
Dicere possumus omne peccatum esse mendacium:  
non enim peccamus nisi ea voluntate, ut bene sit nobis:  
& tamen hinc male est nobis. Rufinus peccatum  
assimilat peccantem serpenti, quod dicitur super  
pectus, & comedit terram: sic peccatum terrenis  
inhærent, & eis se satiare laborant. Peccatum  
quoque peccantem fatuum esse demonstrat, quia  
peccando quisque seipsum magis magisque onerat,  
grauat, & opprimit. Ligna quibus in inferno  
crematur, sibi supra dorsum ponit, & colligit.  
Ipsi etiam servit qui nihil nisi eius tantam  
damnationem requirit: tantoque eum gra-  
vus cruciabit, quanto sibi plenius servit. Insuper  
peccatum veram libertatem tollit, atque miseriam  
Ioh. 8. efficit servitutem: quia (ut apud Evangelium  
testatur) omnis qui peccat, servus est peccati.  
Augustinus. Propterea quarto de civitate dei Augustinus  
reterur: Bonus etiam si serviat, liber est. Malus  
etiam si regnet, servus est tot dominorum, quorum  
tiorum. Itemque quarto de civitate dei, Arbitrium  
um hominis tunc vere est liberum, cum vitis peccati  
causam



catifq; non seruit. Salomon quoque in Proverbi- **Pro. xliij**  
 orum libro protestatur, Iusticia eleuat gentē, mi-  
 seros facit populos peccatum. Si enim pœna fa-  
 cit hominem miserum, multoq; amplius culpa:  
 tanto vtiq; amplius quo detestabilior est culpa  
 quam pœna. Vnde duodecimo de trinitate Au- **Augustin.**  
 gustinus: Velle, inquit, quod non decet, miserrim-  
 um est. Et denuo, Sola mala voluntate quisque  
 miser efficitur: sed inferior potestate, qua deside-  
 rium malæ volūtatis impletur. Et quia peccator  
 vanis inhæret, peccatum finaliter eum qui pec- **Rom, 6.**  
 cat inanem vacuumque relinquit, dicente Apo-  
 stolo ad Romanos, Quem fructum habuistis tūc  
 (scilicet in peccatis quando peccastis) in quibus  
 nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Pre-  
 terea peccatum præcipue grauat peccatorē tpe  
 mortis: facit enim eum dolere de temporalium  
 rerum, videlicet deliciarum, diuitiarum, honore  
 quoque seculi huius, quæ inordinate dilexit, amis-  
 sione: facit quoque eum timere de diuini iudicij  
 districtione, infernali punitione, & dæmonū oc-  
 cursione: qui tunc potissime nituntur peccatorem  
 ad desperationem ac alia mala inducere, tūcq;  
 dolet iniquus q̄ tempus suum tam ifructuose ac  
 vitiose expendit & perdidit: sed hæc est pœniten-  
 tia sera. Adhæc autem post mortem peccata inef-  
 fabiliter grauant iniustos, quoniam coram iusto  
 dei iudicio ostendunt eos confusione ac pœna æ- **Matth. 23**  
 terna dignissimos: merenturque audire verbum  
 illud terrificum, Ite maledicti i ignem æternum.  
 Participacione suffragiorum ecclesiæ spoliāt re-  
 probos, irreparabiliter quoque tenent eos a sum-  
 mo bono, & fonte felicitatis auersos. Postremo si  
 cut peccata nocent existentibus in peccato, ita  
 O grauat



DIONYSIVS CARTHVS.

Gravant, et eos qui poenitendo a peccatis se recu-  
hant. Primo quia gloria primæ innocentie nunquam  
recuperant, sicut semel corrupta, nunquam erit vi-  
go. Secundo, quia ad temporalem obligat poenam,  
delicet dignam satisfactionem. Tertio, quia re-  
tardat a gloria, quam poenitens non intrabit,  
nec ab omni reatu maculaque purgatus, ad bo-  
ptismalem redeat puritatem. Quarto, quia tem-  
pus amissum atque præteritum quod sibi cuius  
præmio conquirere potuit, nunquam recuperabit.  
Frequenter quoque cõtingit, quod peccator poe-  
nitens ex pristinorum vitiorum suorum reliquiis  
manet repidior in affectu, ad fastidium boni pro-  
cliuior, ratione obscurior, ad bene agendum in-  
bilior, ad resistendum malis fragilior. Ea proprie-  
tas

**Augustin**

undecimo de ciuita. dei Augustinus dicitur,  
Mens nostra, cui ratio & intelligentia natura-  
ter inest, vitijs quibusdam tenebrosis ac veteribus  
inualida est: non solum ad inhærendum fruendo,  
sed etiam ad perferendum incommodabile lumen:  
donec de die in diem sanata ac reuiuata fiat tantæ  
capax felicitatis. Ex quibus patet quod insipienter  
se habeant qui tardant conuerti, & post certum  
tempus dicunt se velle omnino conuerti, interim  
in suis vitijs permanentes. Non enim rite perpendunt  
quanta interim damna, pericula, incidant. Proinde  
peccatum semper pluribus nocet. Primo ei qui peccat.  
Secundo, proximis, & toti ecclesie: quia interim  
proximus scandalizatur, & ipsa ecclesie acies  
standum contra diabolum quodammodo minuitur  
ac infirmatur, in eo qui impie conuersatur. Tertio,  
nocet in purgatorio constitutis, quoniam minus  
iuuantur tam efficaciter ab iniustis sicut a bonis.  
Qua



DE ENORMITATE PEC. Fo. 98

Quarto, nocet damnatis, quia quo plures in infernum descendunt, tanto est illic maior horror, vulnatus ac cruciatus: siquidem ibi locum non habet quod dicitur, Solatium est misero socium habere miserie. Quinto, nocet quodammodo beatis in patria, per modum subtractionis: quo etenim copiosior est numerus beatorum, eo premium accidentale fit maius ex societate felici, vno de felicitate alterius gloriante. Postremo ex reciduatione in pristina vitia, incurrit peccator plurima mala ac damna: nam culpa fit grauior ad dimittendum, Hieremia testante. Quam vilis facta est nimis iterans vias tuas. Vulnus quippe iteratum, difficilius tardiusque sanatur. Deus quoque fit difficilius ad placandum, diabolus fortior ad possidendum: quemadmodum Christus in euange. ait, quod tunc vadit diabolus & assumit alios septem spiritus nequiores se, & ingressus habitabit ibi. Fiuntque nouissima hominis illius peiora prioribus. Peccatum etiam fortificatur ad praeualendum rationis iudicio, sicut de se loquens asserit Augustinus. Plus valebat malum inolitum, quam bonum insolitum. Demum & ipse peccator fit impotentior ad surgendum. Ecce mi precharissime, quanta & quam ineffabiliter mala incurrit homo peccando. Et utique si ista peccati nocumenta legendo & cognoscendo, vitam non corrigis, peccata non detestaris, puritati coram deo non instas virtutum, inexcusabiliter culpabilis comprobaris: neque naturalis egregiae tuae indolis probitatem, id aliquo concedet modo. Elucescit autem ex his quam vere ab Aug. dictum sit xij. de ciui. Idem dei. Peccatum nocet naturae, & per hoc contra naturam est: quo tamen vitio magna multumque

Hieremi. 2

Luc. 11

Augusti

Idem



laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim  
tione vitium vituperat, proculdubio natura  
datur: nam recta vitij vituperatio est, quod  
dehonestatur natura laudabilis.

De nocumentis & effectibus peccati  
alis. Art. XIX



Vibusdam satis videtur, si a  
libus peccatis abstineant, inferna  
que tormenta euadant. Unde  
nialia vitare non enituntur, nec  
genti cordis insistent custodire,  
ad perfectionem feruntur: sed

quodam mediocritate deo seruire contenti  
non cum metu, tremore, atq; timore suam

**Philip. 2.** ram operantes salutem, iuxta apostolicum  
mentum. Isti sunt plurimum imperfecti, & in  
numero damnabiliter fallunt seiplos ac per  
non attendentes peccatorum venialium  
menta, & quod mortale nequeat euitare, ven  
nialia abijcere non conatur, Salomone dicitur

**Ecclesi. 19.** Qui negligit modica, paulatim decider. V  
cundum Hugonem, talium conuersatio est

**Hugo** rumq; periculosior, quam eorum qui grauit  
cant: non quod in seipsa deterior sit, sed qu  
terdum difficilius conuertuntur: & non put  
se in peccatis esse mortalibus, mortalibus  
bescunt. Hinc secundum Greg. aliqui in pec

**Gregori.** minoribus tanto periculosius accēt, q̄to illa  
ra sunt. His q̄ppe timendū est valde q̄d in  
iij. loquit̄ Chrs. Scio opa tua, q̄a nec calidus  
nec frigidus. Vtinā calidus esses, aut frigidus  
nūc q̄a tepidus es, incipiā te euomere ex ore  
Ut ergo mi amantissime ad plenissimam  
ationem te dones, et minora sicut maiora  
pecc



peccata, de venialium peccatorum nocumen-  
 ris atque effectibus modicum tangam. In pri-  
 mis igitur, Gregorio teste, sicut peccatum mor-  
 tale obtenebrat: sic veniale mentem obscurat, &  
 quodammodo maculat. Internam nanque ani-  
 mæ pulchritudinē minuit, rationisq; lumen par-  
 tim obfuscat, sicut & modici pulveres in oculum  
 corruentes. Secundo, veniale peccatum ad pœ-  
 nam obligat, vel in præsentī, vel in purgatorio,  
 aut in inferno luendam: nullum enim malum re-  
 linquitur impunitū. Sed pœna pro veniali in hoc  
 mundo perpeffa, aut patiēda, quasi incompa-  
 rabiliter minor est pœna illa, quæ in purgatorio  
 ei debetur. In inferno autem propter mortale cui  
 adiunctum est æternaliter puniri asseritur. Ter-  
 tio, veniali potestas animæ ad bona lassatur,  
 ac retardatur, quoniam aliquo modo onerat eam.

Quarto, feruorem charitatis diminuit, sicut mo-  
 dica aqua in ignem proiecta, ignis minuit cali-  
 ditatem. Quinto, veniale perfectionis adeptio-  
 nem tanto plus impedit, quanto minus vigilan-  
 ter vitatur ac deploratur. Idcirco & multi religi-  
 osi ad veram perfectionem parum propinquāt,  
 vel nunquam attingūt: quoniam venialia cum  
 incessabili diligentia non declinant, nec mētem  
 suam in diuinæ æternæque lucis præsentia sem-  
 per timorata constituunt, imo facilius ad inania  
 resoluuntur. Sexto, familiaritatem mentis cum  
 deo, spiritalemque illam secretam cōsolationem  
 spiritus sancti & gustū bonitatis diuinæ, non mo-  
 dice impedit: nisi quis quotidiano feruore venia-  
 lia ista deploret, castiget, extirpet. Septimo, re-  
 tardat a gloria, quam nemo ingreditur nisi ab  
 omni venialium culpa pœnaque plene munda-



tus. Octauo, sicut in præsentis charitatis feruorem, perfectionis incrementum diminuit: ita in patria felicitatis præmia aliquo modo minorantur non illa quæ iam charitati & bonis debentur operibus, sed quæ deberentur si venialia non fuissent: quia tunc opera ex feruētore charitate præcederent. Nono, venialia ad mortalia prædiligunt, nisi digne iugiter emendentur. Decimo, facit tempus infructuose ac negligenter expèditur, quæ maxima bona fieri interim dum venialibus peccatis sumus intenti. Præterea sicut ad remissionem mortalium requiritur desertio terrenorum, cum voluntate de cætero abstinendi: sic & veniale in hac vita non dimittitur, nisi actu atque proposito deseratur. Itaque his venialium incrementis effectibusque pèsatis, retrahere ab eis, quæ admodum vera postulat ratio,

## De infinita misericordia dei.

## Art. XX.



Enormitate, foeditate, ac impietate peccati iam dicta sunt multa: quam vehementer deus sanctus, ac supersublimis inhonoretur peccatis eademque detestetur, ut cum quibus manifestatum est. Ne ergo ex horum consideratione quispiam in pusillanimitatem labatur, aut desperatione frangatur, vel nimio more deficiat, seu scrupulositate indiscreta tabescat: aliquid de superincomprehensibili & immensa misericordia dei dicendum est. Itaque sicut bonitas dei est pura infinita & superplenissima: ita dulcedo liberalitas atque clementia eius, est purissima illimitata, ineffabilis, inexcogitabilis: omnem nostram



nostram maliciam, indigentiam, miseriamque infinitum excedens ac superans: incomparabiliter utique amplius, quam uniuersa pelagi aqua minimam guttam, aut moles orbis caelestis, minutissimum granum. Nemo ergo vitiorum suorum enormitate desperet: quia per hoc diuinę misericordię maximam irrogaret iniuriam, incretamque veritatem DEI altissimi vehementissime inhonoraret: quasi minor esset bonitas atque clementia DEI (qui omnibus quantumcunque iniquis, tamen veraciter poenitentibus, veniam spondit & gratiam) quam sua iniquitas. Denique nonne superinfinita est misericordia dei adorandi ac gloriosi, qui omni momento cernit tot peccata committi in seculo, seque a tot tantum ineffabiliter inhonorari, sperni, & blasphemari: & tamen conseruat eos in esse, bona naturę atque fortunę incessanter communicat eis, alit, vestit, ac prouidet. Imo quum iuxta prehabita, tam incomprehensibilis sit enormitas peccati mortalis: nonne in hoc innotescit magna et mirabiliter infinita pietas dei, quod vnquam dignatur ei reconciliari, aut eum inspicere, vel ad suam charitatem & gratiam capere, a quo vel semel mortali peccato offensus est? Et ecce illos a quibus totiens tamque grauissimis est peccatis offensus, contemptus, terrenis rebus postpositus, non solum ad veniam, pacem, & gratiam dignatur recipere: sed & vicissim incomprehensibili pietate prouenit eos, et corda eorum compunctione interna immutat, feliciter ad salutem, omnem cordis duritiam tollens ab eis: & tanta eos gratia implens, ut vbi abundauit iniquitas, superabundet & gratia; atque ex inimicissimis,

Q uia sunt



**Bonauē.**

fiant deo charissimi, Non ergo est desperandum  
 de aliquo. Proinde, vt ait Bonauentura, Deus ex  
 misericordia sua peccatores patienter expectat,  
 benigne reuocat, puniri & vlcisci dissimulat,  
 multis periculis liberat, gratiam liberaliter do-  
 nat, datam multiplicat, multiplicatam conser-  
 uat, conseruatam in coelestibus præmiat. Dem-  
 deus peccatorem ad se redeuntem hilariter sus-  
 cipit ad poenitentiam, cor emollit, offensam ei  
 dimittit, iniuriæ post remissionem non meminit.  
 Rursus ex misericordia dat deus aduersa, vt pec-  
 cata expurget, dat prospera, vt ad amorem pro-  
 uocet, dat sacramenta, vt meritum accumularet,  
 dat præcepta, vt præmio ditet. Postremo deus  
 ex misericordia sua errantes ad se reducit, re-  
 uolutes ad se conducit, cadentes erigit, stantes  
 sustentat, perseverantes ad gloriam introducit. Et  
 ecce quanta & quæ vere ineffabilis, incomprehen-  
 bilis, & immensa est dei nostra clementia, præ-  
 fertim super electos. Veruntamen ex hac diuina  
 misericordiæ cõsideratione nemo audentius pec-  
 cet, de diuina benignitate insipientissime præ-  
 sumendo. Maledictus namque qui peccat in spe, non  
 in spe quo meliorem atque clementiorem deum  
 cognoscimus: eo intensius ipsum amare debemus  
 non inhonorare ac spernere. Vnde inter despera-  
 tionem ac præsumptionem sapientiale medium  
 obseruamus, cum timore sperando, & cum spe  
 sperando: sicque solícite & amore coram deo  
 griter conuersando.

De his ex quorum consideratione peccata  
 efficacius euitantur.

Art. XXI.





Vita & pene innumerabilia sunt, quae nos ad euitandum vitia debent inducere. Primo consideratio breuitatis, vanitatis, instabilitatis, atque fallaciae vitae praesentis. Quae enim est vita nostra nisi fumus celerrime euas-

nescens, & vapor ad modicum parens? Etenim dies nostri sicut umbra supra terram, & nulla est mora: quantumcunque etiam longa videatur aut fuerit in hoc seculo vita nostra: tamen comparatione vitae futurae nunquam finiendae, est tanquam momentum: secundum quod sanctus Iob loquitur, *Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei.* Videmus quoque ad oculum, quam multos et innumerabiles fallat quotidie vita praesens: qui mundi huius diuitijs, delitijs, atque honoribus delectati, obtenebrati, infatuati, ea quae salutis sunt negligunt: spiritalia bona non expetunt, neque ad mortem omni die se praeparant. Ideo sicut viuunt sic finiunt. Et sicut deum infelicissime inhonorant dum sani, incolumesque consistunt: sic tempore mortis ab ipso iustissime relinquuntur, spernuntur, et condemnantur. Nonne ergo salubrius est vitam hanc pro amore futurae aeternaeque felicissimae vitae contemnere: omnem ipsius vanitatem ac impietatem abijcere, & bono illi diuino aeterno immenso fidelissime adherere? Ecce in hac praesentissima instabilissima vita, necesse est nos aut aeternam felicitatem, aut aeternam damnationem mereri. Elige igitur mi amantissime quod tibi salubrius conspicis, et peccata cordialissime detestare, odi, deuota. Secundo, ad vitanda peccata valet non modice diligens consideratio mortis, nobis incessabiliter, ac velocissime propinquantis in qua fi-

Sapient. 2

Iob. 7.

O v nem



nem miserrimum fortietur vita vitiosa, quæ  
 do delectat. Tunc enim quærent peruersi  
 mundo magis quam deo intenti, ac adherentes  
 vnius horæ inducias & sola eorum peccata  
 grabunt cum eis. Tertio, consideratio summæ  
 rigorosissimæ districtiōis diuini iudicij, vix  
 q̄ horribile erit statim post mortem ante Christi  
 tribunal præsentari, ab ipso iustissime iudicij  
 suæ prolationem sententiæ præstolari, a dæmonibus  
 ac propria conscientia accusari, coram  
 & sanctis ipsius vitiosus videri. Itemque  
 deratio extremi ac generalis iudicij, in fine  
 di venturi: quod a deo erit terribile, ut nulla  
 lingua queat exprimere, nulla mens viatorum  
 concipere. Itaq; qui profunde considerat q̄  
 rabile, triste, horribile erit tunc cū corpore  
 ma in infernalem lacum descendere, in ignem  
 num corruere, in tenebrosissimo inferi carcere  
 æternum ac desperabiliter clausum manere,  
 doloris dolorosissima societate potiri, & vix  
 dici possit indefinenter torqueri: hic indubie  
 peccata vitabit, commissa deplanger, cor  
 timotate custodiet. Quarto, consideratio effe  
 totius infernalis supplicij. Itaq; quem mundus  
 & carnis voluptas vel vanitas cordis delectat  
 ac allicit, si rite perpenderit ad q̄tam desolatam  
 æternalemq; poenā & om̄ium calamitatum  
 miseriæ plenitudinē p̄dicta perducāt, ea  
 nus abhorrebit ac fugiet. O mi' amabiliss. fra  
 vtinā tibi ista vt dignum est saperent, q̄  
 ptissime tunc mundū despiceres. Ecce enim  
 vellet nunc per vnius spatium horæ in forn  
 ardente pro toto mundo iacere? Cur ergo non  
 tas quotidiana peccata, etiam venialissima



DE ENORMITATE PECC. Fo. 102

bus tanta in purgatorio infligenda est poena, grauior omni supplicio quod in praesenti infligi poterit vita. Ista quatuor considerationes a peccato retrahentes, praecipue pertinent ad imperfectos & incipientes: qui timore mali potius quam boni amore declinant a vitijs. Quinto, autem valet ad idem consideratio illius summæ & incomprehensibilis felicitatis caelestis, quam deus daturus est his qui eius amore vitant, odiantque peccata. Quum spes praemij minuat vim flagelli, nihil in seculo isto esse potest tam laboriosum poenale ac arduum, quod non prompte & æquanimiter sustinebit, qui æternæ illius beatitudine inexcogitabilem gloriam digne perpendit. Sexto, valet ad idem deuota, fiducialis, ac frequens oratio: vt homo sine gratia dei piissima se non posse peccata effugere pensans, non cesserit deum pro gratia virtuose viuendi precordialiter exorare. Oportet quippe (ut ait *Luc. 18.*) semper orare et non deficere. Quicquid enim peccatores sumus, atque indigni per nos ipsos gratiæ thronum & deum maiestatis accedere, virginem sanctam aliosque sanctos ac sanctos in patrocinatores eligamus, ac inuocemus. Septimo ad vitandum peccata prodest praecipue consideratio diuinæ praesentiae, qua deus nos vbique & semper intuetur atque considerat: ex qua consideratione oritur in nobis castus pudor de omni inhonesto. Octauo, consideratio beneficiorum ipsius. Porro ad perfectos potissime artinet vitare peccata, ex consideratione diuinæ bonitatis, cui in peccato bonum caducum praefertur. Ex consideratione quoque diuinæ maiestatis, quæ peccato mortali infinite quodammodo inhonoratur,



DIONYSIVS CARTH.

ratur. Item ex consideratione diuinæ sanctitatis  
 & æquitatis, cui peccatum displicet intimè. Et  
 consideratione etiam charitatis diuinæ, qua de-  
 us prior dilexit nos. Insuper ex iplo virtutum  
 puritatis amore, & deformitatis peccati horro-  
 re: quemadmodum quidam asseruit: Quam-  
 scirem deum mihi ignoscitur, non peccare pro-  
 pter peccati inordinationem. At vero in pro-  
 ctu religiosorum conscribitur, q̄ generalia re-  
 dia contra peccata communiter sunt hæc. Pri-  
 mum est voluntaria paupertas, vt homo in  
 bus patiatur penuriam; etiam in vestitu ac  
 ctu, ceterisque necessarijs. Quemadmodum  
 temporalium abundantia, plurimorum est oc-  
 sio vitiorum; sic paupertas a multis retrahit  
 lis. Secundum, est despectio hominum, vt qui  
 omnibus contemnatur, exprobetur, & con-  
 datur: sic enim superbix tumor reprimitur, in-  
 larisque gratia a domino impetratur. Tertium  
 est strenuum magisterium, quo homo cogit  
 cere quæ sibi alias displicerent: et ea omittere,  
 libenter efficeret: atque in singulis propriam  
 linquere voluntatem. Quartum, est elongatio  
 secularium consortio, per quod quies & puritas  
 animæ impeditur. Quintum est, quamcumque  
 uersitatem ac tribulationem patienter suffere.  
 Et sicut sancti patres in heremo concorditer  
 cuerunt, ad vincendum tentamenta diaboli  
 peccata, potissime iuuat, proprii cordis secretis  
 alicui uiro spiritali idoneo plenarie aperire, et  
 consilijs assentire. Diabolus nanque quum  
 princeps tenebrarum, odit, fugitque lucem,  
 fraudum suarum manifestationem, ac humilitatis  
 sui ipsius accusationem; insidiarum autem suarum

1. Iohan. 4

Plato.



occultationem maxime amat. Hinc ait saluator, Omnis qui male agit, odit lucem: qui autē facit veritatem, venit ad lucem: vt manifestetur opera eius, quia in deo sunt facta. Verum aliqui sunt male ac periculose verecūdi, cogitationum affectionum & tentationum suarum secreta pādere non volentes modo nunc tacto: idcirco vitii labuntur, & varijs vitiis implicantur. Certū est insuper, q̄ frequens atque deuota sacramentalis confessio, plurimum valet ad fugiendum peccata, & gratiam promerendam. Imo sicut quilibet Christianus debet quotidie, saltē aliqua hora, actualement habere peccatorum suorum contritionem: sic quoque debet quotidie firmum habere propositum confitendi, tempore opportuno. Similiter fugere otia, prodest ad vitandum peccata. Otia nanque dant vitia. Ideo assumenda est semper aliqua occupatio fructuosa. Præterea reor q̄ nihil efficacius sit ad omnia mala vitanda, ad resistendum diabolo, ad proficiendum in omni virtute, charitate, & gratia, ad insistendum sanctis operibus, ad uacandum deo mente compuncta, dulci, ac pia: quam interna frequens ac diligens meditatio dominicæ passionis. In hac enim videmus quantum deus dilexit nos, quantā etiam patientiam, mansuetudinem, humilitatem, Christus in passione monstrauit ac docuit, & quāliter in cruce distentus, pro occisoribus suis precatus sit: quæ omnia digne pensando, omnem superbiam, iram, impatientiam, carnalitatem, atque inuidiam abijciemus: charitati, mititati, patientiæ, poenitentiaque studentes. Ecce mi prædilecte omnium horum iam descriptorum consideratio prouida, ad vitandum ea quæ deo displicent, &

tibi



DIONYSIVS CARTH.

tibi potissime nocent. i. peccata, te sp inducunt  
mēte purgata, crescas sp in charitate diuina &  
gratia, vniuersisq; charismatibus spiritus sancti  
Quomodo habere se debet, qui ad perfecti  
onem cupit pertingere.

Art. XXII.



Vicunq; internæ puritati ac sancti  
tati optat studere, veracq; perfectio  
nē attingere: primo oim debet se  
tāq; conuersationē suā, in uera humi  
litate ac diuino timore fundare. De

i. Pet. 5  
Iaco. 4

us nanq; superbis resistit, humilib. v̄o dat gratia  
tanto pleniorē, q̄ profundiorē habuerint humi  
tatē. Et rursus ait scriptura, Si nō in timore deo  
nueris te instanter, cito subuertet̄ domus tua. Sec  
cundo debet uenialia pctā quasi mortalia abhor  
rere ac fugere, q̄tum possibile fuerit: eo q̄ veni  
lia incrementum gratiæ, charitatis feruorē, in  
ctitatisq; mundiciā, mō p̄ducto impediāt. Sed  
qm̄ sine venialibus esse & viuere non valent  
per t̄ps notabile. Tertio debet vitā sua omnino  
& nocte frequenter ac diligētissime considerare  
venialia deplorare, punire, seq; in oibus d̄p̄  
care, humiliare, ac spernere: aliorū autē facta  
debet curiose obseruare, aut iudicare. Quarto  
bet in omnibus quæ agit oculum circumspici  
nis habere, actualiterq; attendere & curare, ne  
deum aliq̄ mō offendat. Quum. n. in actibus  
manis indiuidualibus non sit indifferens, (v̄t  
Thomas affirmat) ita q̄ omnis actus hominis  
rationis deliberatione procedēs, est bonus ac me  
ritorius, v̄t malus moraliter ac demeritorius. Qu  
tum est q̄ nisi quis in vniuersis quæ agit circum  
specte omnino se gerat, multa venialia incidit.



DE ENORMITATE PECCATI. F. 104

[de]o scribit ad Tim. Ap[osto]l[us]: Sine praeiudicio nihil facias. i. praeiudicio discretionis iudicio. In Eccle. q[ui] q[ui] conseriptum est, Fili sine consilio nihil facias, & post factū non poenitebis. In omnibus ergo pensandum est an liceat, an expediat, an proffit. An liceat quo ad deum, an expediat ad proximi edificationem, an proffit ad meritum ipsi qui operatur. Qui talis est, semper omniq[ue] loco timore se habet: qualis fuit sanctus Iob, Verebar, inquiēs, omnia opera mea, sciens q[uo]d non parceres domine delinquenti. Quinto, debet omni custodia cor custodire, ne aliqua cogitatio vana vel affectio inordinata in eo moretur. Sexto, debet sibi in consuetudinem vertere, vt siue comedat, siue bibat, siue se vestiāt, vel quicquid foras peragat, aut laboret, aut alios audiat, aut alijs ipse loquatur: semper quantum gratia auxiliante potuerit, cor suum leuet ad deum, & intra se aliquid diuinum reuoluat, dicendo mentaliter, Cor mundum creauit me deus: & caetera quae deuotioni suae dulciora, conuenientiora que fuerint. Praesertim vero debet deum incessanter precari, pro gratia ampliori, & cordis custodia. Septimo, debet in omnibus syncerissimam intentionem habere, dei uenerationem feruenter zelando, magis quam proprium meritum, aut praemium cogitando. Octauo, debet in omni aduersitate, & corporis afflictione cordialiter iucundari: in quantum haec sibi proficua sunt, quantum ad deum. Verū q[ui] ingratum est sp[iritu]i sancto quicquid ei obtulerimus, neglecto eo ad quod tenemur: debet in primis debita sua reuerenter deo persolvere, utpote orationes, & horas, uerba diuina ac sacra distincte pronuncians, & quasi cum gustu  
meri

Eccle. 32.

Iob. 9.

Prou. 4.

Psal. 10.



mentis velut ex proprio affectu ea formā dō  
 sensum verborū intelligat: alioquin cor suum a  
 deū salubriter erigat eius bonitatē, pietatem a  
 bñficia contēplando. Postremo ad deuotiōis ex  
 citationem valet subinde tōsio pectoris, prostra  
 tio corporis, oculorū ac manuum ad cælos leua  
 tio. Hæc amantiss. frater ruditer celeriterq; pro  
 ut occurit memoriæ, et deus ipse (a quo oē est  
 bonum) dare dignatur, tibi describo: vt ad per  
 ctionis amorē cor tuum inflāmetur, & qual  
 eam adipisci possit, agnoscat. Vere. n. si natura  
 bus donis tibi diuinitus ingeminatis sapienter  
 eris vsus, cum mira facilitate ad singularē per  
 ctionem pertinges. Idcirco vehementer horro  
 cupio, vt affectus tuus circa ista terrena sit  
 natus: tpales diuitias non amplius appetend  
 necessitas exigit, temperata vita requirit, in  
 orq; animæ tuæ profectus in spiritalibus per  
 lat. Ait enim ix. de ciui. dei August. In corpore  
 æterno, & incommutabilibono est anima ho  
 nis tanto dissimilior: q̄to reꝝ temporalium  
 tabiliumq; cupidior. Sed & carnis delectati  
 impuras penitus asperneris, quia vt ij. de tri  
 quitur Aug. Anima rationalis tanto spiritali  
 or, mundior, ardentiorque efficitur: q̄to ampl  
 carnalibus moritur. Deniq; q̄to anima tua  
 pore tuo extat prestantior: tanto diligentius  
 riorem ornatum virtutum, spiritalisque diuiti  
 ames, queras, & congreges: q̄ exteriorem cor  
 ris, aut vestitus decorem: non hominibus cōp  
 cere desiderans, sed creatori, saluatori, ac  
 ci tuo premetuendo: qui est super oīa deus  
 mis & benedictus, Amen.

Augustin

Augustin.

Ecdle. i

FINIS.